

RESPONSVM IVRIDICVM
SVPER
SPOLIIS,
AC FRVCTIBVS
VIDVARVM ECCLESIARVM
REGNI SICILIÆ,
SACRÆ CATHOLICÆ MAIESTATI
COMPETENTIBVS,
DE OMNIBVS PRÆLATIJS,
CÆTERISQVE ECCLESIASTICIS BENEFICIJS
Regio Iuri Patronatus
addictis:

AN, SCILICET, POSSIT DE EIS
In vsus etiam merè profanos
disponere.

INTER Alias non infimæ notæ Regalias, quibus Regium Siculorum Diadema exornatur, ea potissimum est, vt Prælatorum Spolia, & fructus viduarum Ecclesiarum, quæ Regij iuris Patronatus sunt, non ad Ecclesiam, Prælatosve successores, nec minus ad Cameram Apostolicam pertinent; sed in eis succedit noster Inuictissimus Hispaniarum Rex, & inter alia eius bona patrimonialia connumerantur; non quidem iure propriæ Regaliæ, vt alij perperam dicunt, sed vigore cuiusdam Apostolicæ concessionis; siue remuneratoriæ donationis olim factæ per Summum Pontificem Martinum Quintum, fœlicis recordationis, Serenissimo Alphonso, huius nominis Primo, Aragonum, & Siciliæ Regi, ob immensa beneficia per eum, eiusque Patruum, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ collata; & precipuè in recuperatione Prouinciæ Marchæ Anconitanæ, pro qua de proprijs pecunijs vltra summam aureorum octingentorum ferè millium expendidere.

Et licèt hoc vetustissimum documentum non reperiatur in actis, attamèn de eo sat constat ex attestatione Lucæ de Barberio in quodam Priuilegiorum volumine, quod in Regia illius Regni Cancellaria conseruatur, in quo, fol. 424. sic scripsit: *Anconæ Marchiæ ab Alphonso vtriusque Siciliæ Rege, vestræ Regiæ Serenitatis Patruo, eius virtute bellica, summisque vigilijs, ac maximis impensis, sacrosancta Romanæ Ecclesiæ dominatui acquisita; Summus Pontifex, qui tunc temporis in Apostolica Cathedra, tanquam Christi*

Vicarius residebat, ipsi acquisitori Regi, suisque in dicto Regno in perpetuum successoribus, omnia Prælatorum, & Regni Beneficiorum Spolia, Prælatis, & Beneficiatis morientibus, concessit.

De eo paritèr testantur eiusdem authoritate ducti, D. Rocc. Pirr. *in notit. Siciliens. Eccles. tom.* 1. *tit. de election. num.* 16. D. Franc. Salern. *cons.* 18. §. 1. *num.* 2. Mar. Mut. *in cap.* 478. *Regis Alphons. tom.* 5. Ferd. Boniorn. ex antiquioribus illius Regni Patribus, *in dict. cap.* 478. *Reg. Alphons.* Antonin. Xibecca *in tractat. Regiæ Monarch.* vers. *Altera praeminentia est.* Et nouissimè D. Petrus Frasso Sard. *in suo tract. de Iure Patron. Indiar. lib.* 1. *cap.* 21. *à num.* 45. *vsque ad* 60.

Et ad rem faciunt ea, quæ adnotantur in quodam rescripto dato in Ciuitate Toleti, die 6. Iulij 1502. in quo Serenissimus Rex Catholicus Ioanni de Paternione Archiepiscopo Panormitano testandi licentiam concessit, & in eo hæc habentur verba: *Cum de iure Spolia Prælatorum Regni Siciliæ spectent ad futuros Prælatos, & ad Ecclesias, seu ad Cameram Apostolicam; attamèn de consuetudine antiqua in eodem Regno obseruata, cuius memoria in contrarium non existit, ac priuilegio fœlicis recordationis Regi Alphonso Patruo nostro, per Sedem Apostolicam concesso, in recompensationem octingentorum millium ducatorum, quos in recuperatione Prouinciæ Anconitanæ de suis proprijs pecunijs exposuit; siuè alio priuilegio, siuè gratia Regibus præfati nostri Siciliæ Regni concessis, Curia nostra est, & fuit in possessione, vel quasi, capiendi Spolia Prælatorum dicti Regni in eodem Regno, aut alibi morientium.*

Prætereà faciunt ea, quæ desumuntur ex alia nota existente in eadem Regia Cancellaria, per quam legitur, quod Summus Pontifex, vigore sui Apostolici rescripti, mandauit Bartholomæo Musano Vicario generali Catinensis Ecclesiæ, vt Spolium, ac fructus sedis

vacan-

vacantis nomine Cameræ Apostolicæ colligeret; cui quidem Breui fuerunt in illo Regno denegatæ exequutoriæ, ex eo quia hæc Spolia, & fructus Ecclesiarum vacantium ad Regem, eiusque Regiam Curiam pertinebant.

Concurrit etiam assertio eiusdem Regis Alphonsi in præcitato *cap.* 478. in quo dixit, se de istis Spolijs, non nisi de Apostolica concessione, disponere consueuisse.

Et quamuis Principis assertioni standum non sit, vbi de eius commodo, vel de alterius præiudicio tractatur, ex his, quæ adnotauit post plures Castill. Sotom. *lib.* 3. *cap.* 28. *num.* 17. *&* 18. Attamèn si cum ea concurrant alia, vt putà, immemorialis possessio, & obseruantia subsequuta, tunc non est dubium, quin ei omnimoda sit adhibenda fides; vt satis eruditè scripsit idem Castill. Sotom. *lib.* 7. *tit de tert. cap.* 6. *num.* 13. *vers. Ex his*, vbi hæc dixit: *Attamen in eodem placito, quod Principi sit credendum, etiam in causa propria, & in præiudicium Tertij, constantèr asserunt Bald. in cons.* 328. *libr.* 1. *Socin. in cons.* 4. *&* 87. *lib.* 3. *Roman. cons.* 369. *dub.* 5. *Iasson in l. Quominùs, num.* 3. *ff. de flum. Alexand. cons.* 203. *volum.* 6. *Panorm. in cons.* 84. *ad finem. Et licèt articulus controuersus sit, & difficilis, in eo magis communitèr conuenire videntur Interpretes, quòd vbi causa exprimitur, & alia simul concurrant, & assertio ipsa ab obseruantia subsequuta, robur, & firmitatem capit; tunc Principi asserenti plena fides adhiberi debet.*

In casu autem nostro, nedùm concurrit antiquissima possessio cum obseruantia, quæ per se solæ sufficerent; verum etiam & vetustissima documenta Authorum, & Chronistarum traditiones, quæ in Regia Cancellaria adhoc deputata conseruantur, quæ paritèr plenam probationem faciunt ex his, quæ adnotantur in *Leg.* 2. *§. Eodem tempore, ff. de orig. iur. l. In quæstionibus*

bus

bus, *ff. ad l. Iul. Maieſt. l.* 1. *ff. de offic. Præfect. Prætor. l.* 1. *ff. de offic. Quæſtor. l.* 1. *ff. ſi cert. petat.* vbi Bart. & communitèr DD. Maſcard. *de probat. tom.* 1. *concl.* 287. Valenç. Velazq. *conſ.* 33. *num.* 84. Seſsè *deciſ. Regn. Aragon.* 162. *num.* 4.

Præterquamquòd hæc ſola immemorabilis poſſeſsio ſufficeret ad probandam exiſtentiam iſtius priuilegij, quia ipſa habet vim conceſsionis, & tituli, *L. Hoc iure, §. Ductus aquæ, ff. de aqua quotid. & æſtiu. cap. Super quibuſdam, §. Præterea, ff. de verbor. ſignificat.* Caſtill. Sotom. *lib.* 5. *cap.* 93. *§.* 8. Garcia *de nobilit. gloſ.* 12. *num.* 54. vſque ad 67. vbi dicit, quod immemorialis poſſeſsio habet vim tituli melioris de mundo, & priuilegij ab eo dati, qui concedendi poteſtatem habet; vt dum quis eſt in poſſeſsione, ab onere probandi, paritèr & exhibendi titulum releuatur. Optimè Peregr. *de iure Fiſc. lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 63. Et poſt innumeros, Caſtill. Sotom. *libr.* 7. *cap.* 3. per totum. Borrel. *in ſum. deciſ. tit.* 19. *n.* 55. *fol.* 43. Quo loci poſt innumeros, dixit, quod ſi Princeps reperiatur in poſſeſsione percipiendi decimas per tempus immemorabile, & alleget titulum à Summo Pontifice conceſſum; tunc præſumitur, & ab onere probandi releuatur. Petr. Fontanel. *de pactis dotal. clauſ.* 4. *gloſ.* 9. *n.* 50. *&* 51. Optimè Maſtril. *de Magiſtr. lib.* 1. *cap.* 19. *à n.* 6. *& ſeqq.* Rebuf. *de Decim. q.* 7. *n.* 13. Greg. Lop. *in l.* 23. *tit.* 20. *partit.* 1. *in verb. Tamen diezmos.* Cappel. Toloſ. *quæſt.* 440. Menchac. *controu. illuſtr. lib.* 2. *cap.* 89. *num.* 7. Couar. *var. reſolut. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 6. & poſt omnes, Caſtil. Sotom. *lib.* 7. *cap.* 3. *per totum.* vbi *num.* 25. Id potiſsimum procedere, inquit, ſi concurrat ſcientia expreſſa, vel præſumpta, & tolerantia Summi Pontificis, prout in caſu noſtro; tunc enim ex huiuſmodi taciturnitate, Titulus conualidatur, etiam ſi vitioſus fuerit, & inualidus. Optimè Salgad. *de Reg. protection. ex part.* 1. *cap.* 1. *prælud.* 3. *num.* 139. *fol.* 36. *& numer.*

41. & 148. & *seqq. num.* 29. Et post alios, Frass. *de Iure Patronat. Indiar. libr.* 1. *cap.* 16. *numer.* 52. & *sequent.*

His igitur sic suppositis, non leuis priscis, tum recentioribus temporibus orta fuit quæstio: num, scilicèt, possit Catholica Maiestas ista bona in quoscumque etiam profanos vsus conuertere? Et in ea, vt moris est, variæ fuerunt pugnantium sententiæ; quandoquidem antiquiores nostri Patres in eam iuerunt, vt non nisi in pios vsus erogari deberent; ea potissimum ratione, quod Rex loco Prælatorum successit; & sicut Prælati tenebantur ea distribuere inter pauperes, ita & Rex, qui in eorum locum subrogatus fuit: sicque Supremus rerum Italicarum Senatus Serenissimum Philippum, huius nominis Secundum, consuluit die 21. Decembr. ann. 1598. & ne in aliam causam diuerterentur, deponi deberent in Arca peculiari, & ab ea non distrahi, nisi ad effectum distribuendi in vsus pios in eodem Siciliæ Regno; vel aliquando extra illud, si qua imminens necessitas vrgeret; vel pro subministrandis expensis Prælatis nouitèr prouisis, pro faciliori Bullarum expeditione. Eiusdem etiam sententiæ fuerunt alij quamplures Senatores grauissimi, qui succedente tempore, idem munus obiere, vt ex Consultationibus per eos factis die 25. Februar. ann. 1605. die 5. Decembr. 1620. die 21. Febr. 1621. die 14. Iul. & 6. Septembr. 1628. & demùm 29. Maij, & 14. August. 1630. quas præ oculis habuimus, apertissimè comprehenditur.

Anno verò 1633. moderante Siciliæ Regnum Illustri Duce Alcalà, vt bellorum flagitijs tunc in Statum Mediolanensem irruentibus occurreret, cepit ad cambia aureos centum mille; & pro securiori creditorum cautione, cessit, cum interuentu Tribunalis Regij Patrimonij, eisque assignauit aureos quin-

quinquaginta mille ſuper Spolijs, & fructibus Eccleſiarum vacantium: & cum de hoc certiorem redderet Catholicam Maieſtatem per Supremum Italiæ Senatum, ad eius conſultationem fuit decretum, vt ex quo agebatur de re tanti ponderis, & ſcrupuli, Prorex cum iuſtificationibus dicti Tribunalis informaret, quanam ex cauſa ad ſupradictam aſsignationem deueniſſet, dum ex antiquiſsima conſuetudine, inconcuſſaque obſeruantia, huiuſmodi Spolia ſemper erogari in vſus pios conſueuerant, non autem in merè profanos.

Quam ob cauſam Illuſtris D. Petrus Corſetto, qui tunc temporis munere Præſidis illius Tribunalis digniſsimè fungebatur, in propriam iuſtificationem ſcripſit quoddam iuridicum reſponſum, in quo conatus fuit oſtendere, Regem eſſe abſolutum Dominum horum Spoliorum, & poſſe ea conuertere ad libitum ſuæ voluntatis in quoſcumque vſus merè profanos, prout & alia bona temporalia ſuæ Regiæ Coronæ; tum quia Patronus erat omnium Eccleſiarum Cathedralium, & iure propriæ Regaliæ ei competebant; tum quia de eis priuilegium obtinuerat à Sancta Sede Apoſtolica, tempore Martini Papæ Quinti, de quo nos in principio mentionem fecimus; tum denique, quia ad eius fauorem immemorialis poſſeſsio adiungebatur: & in eo ad huius confirmationem retulit quamplurimas diſtributiones factas in cauſas merè profanas, ab anno 1400. vſque ad 1633. quòd demùm tranſmiſsit ad Catholicam Maieſtatem per eumdem Supremum Senatum; & inſtitit vt Regia Curia in quaſi poſſeſsione diſtribuendi in quoſcumque vſus etiam merè profanos conſeruari deberet. Siluit hæc cauſa, & non immeritò. Recentiores alij, hac authoritate freti, in aliam, & quidem laxiorem iuere ſententiam; poſſe ſcilicèt, Regem noſtrum Sereniſsimum

de

de huiuſmodi Spolijs ad libitum diſponere, prout multotiès factum fuiſſe vidimus; vt non temerè anno 1666. apud Supremum Senatum de *HAZIENDA*, Collector iuris Dimidiæ Annatæ inſtiterit; ex huiuſmodi gratijs, ſiue mercedibus, hoc ius exigi debere, prout de alijs factis, ſuper bonis Regiæ Coronæ; quãdoquidèm iſta vti temporalia, non autem vti ſpiritualia, reputari debebant. Et Senatus, non tantum eum præmio dignum exiſtimauit; verumetiam & Catholicam Maieſtatem conſuluit, mandare dignaretur, vt hoc ius poſthac eodem modo, prout de alijs gratijs temporalibus, exigeretur. Quæ quidem Conſultatio tranſmiſſa fuit ad Supremum Italiæ Senatum, in quo, diſcuſſo ad plenum negotio, & audito Illuſtri Fiſci Patrono D. Fœlice Lancina de Vlloa, qui modò Præſidis munus Senatus Sanctæ Claræ Regni Neapolis ſolertiſsimè moderatur, cauſa tandèm indeciſa remanſit; vt refert Illuſtris D. Aloyſius Carrillo, omni virtutum genere ornatiſsimus, & legali facultate nemini ſecundus, nunc Regens meritiſsimus, in quodam legali Reſponſo, quod exinde ſuper hac cauſa doctiſsimè ſcripſit, de quo infra mentionem faciemus.

Anno verò 1672. fuit iterum hæc quæſtio de ordine Catholicæ Maieſtatis in arenam deducta, tempore, quo dictus Illuſtris de Carrillo Fiſci Patroni munus obibat, qui tandèm, præcognitis omnibus ſcripturis, inſpectaque iſtorum Spoliorum origine, pro veritate ſcripſit, quod nil magis propriè ad Fiſci munus pertinebat, quam Regis conſcientiam in tuto ponere, & Maieſtatis mentem, non ſolùm à ſcrupulis, verumetiam à ſcrupulorum ſuſpicione, exonerare: totus itaque fuit, non tam in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, quam in oſtenſione veritatis; & in eo ſolidiſsimè probauit, ipſa Spolia, Pauperum eſſe; nullumque aliud ius in Reges tranſlatum fuiſſe, quam in

vſus

vſus pios, diſtribuendi, prout Prælati, in quorum locum ſucceſſere, facere tenebantur. Propterea institit vt in vſus pios, prout ſemper obſeruatum fuit, diſtribuerentur, allegans Spiritus Sancti verba, vti Regibus dicta: *Ne prætereamini terminos antiquos, quos reliquerunt vobis Patres veſtri.*

Ex his quæ hactenùs hinc inde per hos grauiſsimos Authores ſcripta fuere, anceps admodum iſtius quæſtionis reſolutio ſemper habita fuit, vt non ſit hucuſque firmitèr deciſum, quidnam in hac Spoliorum diſtributione obſeruari deberet; quin imò promiſcuam, in vſus, ſcilicèt, pios, modo verò in merè profanos, factam fuiſſe vidimus; prout ex relationibus præ manibus habitis, euidentèr accepimus.

Cumque de hoc iterum in Suprêmo rerum Italicarum Senatu dubitari contigerit, mihi onus iniunxit Excellentiſsimus Dux Aluæ, qui Præſidis munus omnium plauſu exercet, vt quid ſentirem in hac re, exprimerem: propterea, vt iniuncto mihi muneri ſatisfaciam, colligendo ſpicas, hæc qualiacumque ſint, pro virium tenuitate, ac temporis anguſtia, in medium proferam.

Vt igitur infra dicenda ordine componantur, in tres principales partes hanc quæſtionem diuidam; in quarum prima de Spoliorum, ac fructuum Sedium vacantium origine, & natura; quam in cauſam, inſpectis primæuis iuris Canonici elementis, conuerti deberent; & quid, attentis nouiſsimis Pauli, & Iulij Tertij, aliorumque Summorum Pontificum conſtitutionibus.

In ſecunda, an rectè potuerit Pontifex de iſtis Spolijs, & fructibus vacantium diſponere; ea alienando in Principem ſæcularem, in præiudicium Ecleſiæ, & Pauperum.

Et tandèm in tertia, data iſtius alienationis validitate, an hæc Spolia adeò temporalizata fuerint, vt dum penes Regem exiſtunt, de eis in quoſcumque etiam profanos

fanos vsus disponere possit, prout de alijs bonis temporalibus suæ Regiæ Coronæ.

Quoad primam, licèt verum sit, quod Prælati, de suis bonis patrimonialibus, tàm in vita, quàm in morte, ad libitum (etiam de his, quæ ante, vèl post Episcopatum, propria tamèn industria acquisierint) regularitèr disponere possint, per *Text. in cap. Episcopi, cap. Sint manifestæ, 12. quæst. 1. cap. 1. cap. Fixum, 12. quæst. 5. cap. 1. cum seqq. de pecul. Cleric. cap. Cum dilectus, de iur. Patronat. cap. 1. cap. Cum in officijs, cap. Quia nos, & cap. relatum de Testament.* Molin. *de iustit. & iur. tractat. 1. disp. 147. num. 3.* Less. *in eodem tract. lib. 2. cap. 4.* Azor. *instit. moral. part. 2. libr. 7. cap. 9. quæst. 1. & lib. 12. cap. 11. quæst. 2.* Nauarr. *de reditib. Eccles. quæst. 1. num. 19.*

De illis tamen bonis per eos intuitu Episcopatus acquisitis (detractis prius alimentis, alijsque necessarijs pro sua congrua substentatione, iuxta dignitatem, & qualitatem status, & personæ) in vsus tantum pios in vita disponere possunt, vt grauitèr statuit Concil. Antioch. *cap. 25. cap. Quisquis, cap. Sint manifestæ, cap. Episcopus, & cap. Res Eccles. cum sequent. 12. quæst. 2. cap. Quia Ioannes, 12. quæst. 5. cap. Videmus, cap. Tibi, ò Sacerdos, 44. distinct. Concil. Trident. sess. 25. de reformat. cap. 1.* Et si secùs fecerint, in foro interiori mortalitèr peccant; non autem tenentur ad restitutionem, quia legem charitatis, & non iustitiæ, transgrediuntur. Garcia *de Benef. 5. part. cap. 1. num. 596.* Redoan. *de Spol. quæst. 9. num. 5. & 11. & quæst. 3. num. 1. & §. Stantibus, num. 7. in fin.* Solorçan. *de iur. Indiar. libr. 3. cap. 10. num. 22. 23. & 64.* Bannes *in 2. 2. q. 32. artic. 6. dubit. vltim.* Nauarr. *de Spol. q. 1. monition. 26. 27. 34. 38. & 39.* Gregor. Lop. *in leg. 40.* verb. *Que los diessen, tit. 5. partit. 1.*

Quidquid sit in foro exteriori, quoad actorum validitatem, ne totus mundus litibus inuoluatur. Barbos.

de offic. & potest. Episcop. allegat. 114. *num.* 32. Molin. *de iust. & iur. disp.* 148. *concl.* 2. *num.* 3. Solorç. vbi supra, *num.* 27. 28. & 29. Couar. *in cap. Cum in offic. num.* 5. *de testament.* Iul. Clar. §. *Testamentum, quæst.* 14. Nauarr. *de Spol. q.* 1. *monition.* 8. *num.* 2. Rota, *decis.* 772. *num.* 4. *part.* 1. *diuers.* Ludouis. *decis.* 401. *num.* 7.

In morte verò de istis bonis intuitu Ecclesiæ quæsitis, nec per testamentum, nec per aliam quamlibet vltimam voluntatem, etiam ad pias causas, nec per donationem, causa mortis, disponere queunt. Ea nimirùm ratione, quia de eis plenum dominium non habent, sed tantum nudum vsum, seù, vt alij volunt, vsufructum, qui morte finitur. Solorç. *de iur. Indiar. libr.* 3. *cap.* 10. *num.* 9. Barbos. *in l. Diuortio, part.* 2. *n.* 58. Redoan. *de Spol. quæst.* 1. *num.* 7.

Et post eorum mortem, Ecclesiæ, in cuius gremio decedunt, reseruari debent, iuxta dispositionem Conc. Antiochen. *Can.* 24. *pag.* 513. *tom.* 1. *concil. cap. Placuit. cap. Pontifices,* 12. *quæst.* 13. *cap. Sacerdotes, cap. Quicumque,* 12. *quæst.* 4. *cap. Statutum,* 18. *quæst.* 1. *cap.* 1. *in fin. de testam. text. & glos. in cap. Præsenti, de offic. Ordinar. in* 6. *cap. relatum de Testam. authent. licentiam, C. de Episcop. & Cleric.* Muta *super cap. Alphons.* 478. *num.* 26. Azor *instit. moral.* 2. *part. libr.* 8. *cap.* 4. *quæst.* 2. Anne. Robert. *libr.* 4. *rerum iudicat. cap.* 3. vers. *Pro Episcopo, col.* 3. vbi dixit, quod bona post Episcopatum acquisita, Episcopus aut viuens, ad Ecclesiæ ornatum, pauperesve alendos, impendere; aut moriens, Ecclesiæ relinquere tenetur.

Hinc cauti esse debent Prælati, ne quid in vita vltra sibi accipiant ex istis fructibus, & bonis intuitu Ecclesiæ quæsitis, nevè in profanos vsus impendant; quandoquidem, quod detractis alimentis, eis superest, Pauperum est: & si quid vltra accipiunt, sacrilegium committunt, & per talium abusionem, iudicium

sibi

sibi manducant, & bibunt, *Cap. Clericus*, 1. *quæst.* 2. *cap. fin.* 26. *q.* 1. *cap. Illi autem*, 12. *quæst.* 2.

Ad hoc etiam facit Epistola secunda Diui Bernardi, quam refert Guilelm. Redoan. *de Spol. q.* 1. *num.* 24. 25. *&* 26. & Solorçan. *dict. libr.* 3. *cap.* 10. *num.* 24. (cuius etiam meminit D. Aloysius Carrillo in supracitat. Respons.) in qua, ad Prælatos loquens, hæc grauissima protulit verba: *Denique quidquid, præter necessarium victum, & simplicem vestitum, de Altari retines, tuũ non est, rapina est, sacrilegium est.* Et epist. 42. *col.* 3. *Clamant Pauperes: Nostrum est, quod effunditis, nobis crudeliter subtrahitur.* Et in alia epist. 21. *libr.* 11. D. Gregor. *O Pastor, non largiris tua, sed aliena; quid ergo mirum, quod tota die lustrent domum Episcopi Pauperes, cum sit ea domus dispensationis ipsorum? Possent enim vociferari ad valuas, imo ad secretum cubiculum, dicentes: Domine, non vult nobis dare, quæ illi, vt nobis daret, dedisti.*

Hinc est, vt omnia hæc bona à Prælatis intuitu Ecclesiæ quæsita, & ante mortem per eos non impensa, nec distributa, Spolij nomine continentur; sic docet Nauarr. in suo *Tractat. de Spol. Eccles.* §. 1. Redoan. *eodem tractat. quæst.* 1. *numer.* 7. Solorçan. *libr.* 3. *capit.* 11. *numer.* 1. Azor. *instit. moral.* 2. *part. libr.* 8. *cap.* 1. *q.* 2. Serafin. *decis.* 195. *à num.* 15. *& seq.* Pirr. Conrad. *in prax. dispensat. Apostol. lib.* 10. *cap.* 1. *num.* 5. *&* 12. & Salinger. *quæst. Beneficial.* 3. *part. cap.* 197. *num.* 3.

Et quamuis ex antiqui iuris dispositione, hæc Spolia ad Ecclesiam pertinere diximus, in cuius gremio decedunt (ex iuribus nuper adductis) sunt tamen nonnulla alia disponentia, huiusmodi successionem, non tantum Ecclesiæ, in cuius gremio decedunt, applicari; verumetiam & futuro successori reseruari debere. Sic text. in *Cap. Quia sæpè*, 40. *de election. in* 6. ibi:

Bona à Prælatis ipsorum dimissa, vel vacationis tempore obuenientia, quæ in vtilitatem dictarum Ecclesiarum expendi, vel futuris deberent successoribus reseruari. Cap. Præsenti, de offic. Ordin. in 6. Clement. Statutum de elect. cap. Hæc cuius placiti, 38. vbi *Glos. in* verb. *Successionis, & cap. Non liceat*, 48. 12. *q.* 2.

Pro quorum quidem iurium alternatiuè loquentium conciliatione, licèt alij dixerint, Ecclesiæ dimidiam partem, successori alteram competere; vt post multos, Solorç. *de iur. Indiar. lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 20. Quam successor in Ecclesiæ vtilitatem conuertere teneatur; Nauarr. *de Spol.* §. 9. *numer.* 3. *&* §. 10. *num.* 1. *&* §. 12. *& consil.* 37. *numer.* 5. *titul. de Simon.* Garc. *de Benef.* 2. *part. cap.* 5. *à num.* 89. Molin. *de iustit. & iur. disp.* 147. *num.* 8.

Verior tamen est, & magis recepta opinio, ea singula singulis esse accipienda; Spolia, scilicèt, ad Ecclesiam; fructus verò Sedis vacantis ad successorem pertinere; Antuñez *de regal. donation. libr.* 1. *prælud.* 2. §. 7. *num.* 89. Solorçan. *dict. libr.* 3. *cap.* 11. *num.* 5. *&* 6. Redoan. *de Spol. quæst.* 1. *num.* 20. vers. *Item fructus.* Et nouissimè Frass. *de iur. Patron. Indiar. tom.* 1. *cap.* 20. *num.* 25. *& seqq.*

In tantum, vt Ecclesia hæc Spolia, ob mortem Prælati, non quidem iure successionis habet; sed iure dominij; vt habetur in dict. *Capit. Cum in officijs,* ibi: *Penes Ecclesiam eamdem volumus remanere, capit.* 1. *de testament.* ibi: *In dominio Ecclesiæ conseruentur.* Vterque Barbos. Augustin. scilicèt, *de offic. & potest. Episcop. allegat.* 114. *numer.* 13. & Petrus *in leg. Diuortio, ff. solut. matrimon. in princip. secundæ partis, num.* 53.

Et in eis fundatam intentionem habet, etiam in possessorio summarijssimo (*Interim*) & ex sola iuris assistentia manuteneri debet, *Cap. Cum personæ,* 7. *de*

pri-

priuileg. in 6. Marescot. *variar. resolut. lib. 1. cap. 11. n. 1.* Gratian. *discept. Forens. cap. 441. num. 22. & tom. 5. cap. 870. num. 8. & cap. 890. num. 18.* & post eos, Solorçan. *dict. libr. 3. cap. 11. num. 12.* Postius *de manutenend. decis. 607. num. 8.* Et si Prælati hæredes aliqua bona patrimonialia esse contenderint, in Spolioque non contineri, eis probandi onus incumbit. Gama, *decis. Lusitan. 313. num. 2.* & ibi Flores Diaz de Mena *in addit.* Paris. *de resignation. Benefic. libr. 14. q. 7. num. 48. & 49.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 51. num. 23.* Redoan. *de Spol. q. 9. & q. 25. num. 8.* Maschard. *de probat. concl. 587.* Borrell. *in sum. decis. tom. 1. tit. 6. num. 35.* Vnde meritò ob dirimenda iurgia, in omnibus ferè Prouincijs, Prælati nouitèr prouisi, antequam Episcopatus possesionem capiant, inuentarium, cum interuentu Regij Fisci, de eorum patrimonialibus minutìm explere conantur. Vt testatur Præses Couar. in *Cap. 2. de testam. numer. 9.*

Hæc si de iure Canonico ità sint; attamèn ex recentioribus Summorum Pontificum Constitutionibus, Spolia ab Ecclesijs particularibus ablata, Cameræ Apostolicæ reseruata fuere; ex Bulla Pauli Tertij, incipiente: *Romani Pontificis prouidentia*; Pauli Quarti, & Quinti, Iulij Tertij, aliorumque successorum, de quibus meminere Molin. *de iustit. & iur. disp. 147. n. 10.* Tambur. *disput. 16. quæst. 1. num. 2.* Garcia, *de Benef. 2. part. cap. 2. n. 91.* Filiuc. *de stat. Cleric. tit. 43. cap. 6. n. 7.* Barbos. *de offic. & potest. Episcop. alleg. 114. à num. 30.* Frass. *de iur. Patronat. Indiar. libr. 1. cap. 20. num. 29.* Nauarr. *de Spol. §. 5. & §. 9. n. 4. & §. 10.* in principio; vbi absolutè affirmat, post Paulum de Castro, *cons. 96. lib. 1.* nullum canonem inueniri in corpore iuris, qui ad Papam huiusmodi Spolia pertinere statuerit. Idemque dixit post Couarr. Molin. Olan. Ludouis. Acebed. Cened. Ceuall. Gonçal. & alios, Solorçan. *de*

iur.

iur. Indiar. libr. 3. *capit.* 11. *numer.* 18. 19. & 20.

Verum tamen est, quod hæc reseruatio fauore Cameræ Apostolicæ facta, in nonnullis Prouincijs vsu recepta non fuit; quin imo in eis adhuc ius Canonicum obseruatur: & ab eis Collectores pro exigendis Spolijs, fructibusque Ecclesiarum vacantium, à Camera Apostolica deputati, non recipiũtur; prout in Gallia, Germania, Lusitania, in Regnis Nauarræ, Aragoniæ, & in alijs Hispaniarum Prouincijs (ijs tantum exceptis, quæ sub Castellæ Corona cõtinentur) ex eo quod nimis odiosa hæc reseruatio visa fuerit, & Collectores nimium rigorosè se gesserint, vt dixit Solorç. *dict. libr.* 3. *cap.* 11. *num.* 22. 23. & Frass. *de iur. Patronat. Indiar. cap.* 20. *numer.* 32. & *seqq.*

Et in Siciliæ Regno Collectores isti, nec admittuntur, neque hæ nouissimæ Pontificum Constitutiones locum habent; ex eo quia hæc Spolia, & vacantium fructus, ex his, quæ supra diximus, ad Regem Patronum pertinent; prout etiam testatur D. Francisc. Salern. *cons.* 50. *n.* 64. ibi: *Quoniam vero in nostro Regno Collectores Spoliorum Ecclesiasticorum non deputantur, ac proinde in eo ius commune seruandum est.* Et in *num.* 65. hæc addidit: *Loquimur autem de fructibus eorum Beneficiorum, quæ non sunt Regij iuris Patronatus; nam si sunt huiusmodi eorum fructus inexacti, & vacante Sede obuenientes, ad Dominum Regem pertinent titulo Spolij; sicut & ipsa Spolia decedentium Clericorum, qui illa obtinebant.* Hæc quoad Spolia.

Fructus verò vacantis Ecclesiæ sunt, qui obueniunt, & percipiuntur à tempore, quo viduatur Ecclesia, vsque ad diem nouæ prouisionis, quorum custodia, collectio, & administratio ad Oeconomum pertinent, *Cap. Illud,* 12. *quæst.* 2. *cap. Præsenti,* & *cap. Cum vos, de offic. Ordin. lib.* 6. *cap. fin. de supplend. neglig. Prælat. in* 6. Concil. Trident. *sess.* 24. *cap.* 16.

Ve-

Verum si Ecclesia patronata fuerit, tunc si Patronus Ecclesiasticus est, debet & ipse conuenientem administratorem decernere. *Dict. cap. Cum vos,* & ibi communitèr Canonistæ, *& cap. final. de offic. Ordin. in 6. cap. Quia sæpè, 40. de elect. in 6.* Thesaur. *decis.* 131. *num.* 5. Viuian. *de iur. Patron.* 1. *part. libr.* 1. *capit.* 3. *num.* 24. Barbos. *de offic. & potest. Episcop. part.* 3. *allegat.* 72. *à num.* 16.

Si verò Laicus, huic administrationi se immiscere non potest; nàm fructuum Sedis vacantis administratio spectat, ad quem de iure institutio pertinet; vt colligitur ex dict. *Cap. Cum vos,* & ibi *glos. penult. & final. de offic. Ordin. in 6. cap. Non licet, cap. Illud, cap. de Laicis,* 12. *q.* 2. Cabed. *de Reg. Patron. cap.* 25. Thesaur. *dict. decis.* 131. *num.* 6. Et nouissimè per Sacrosanctam Synodum Tridentinam sic disponitur, *Sess.* 22. *de reform. cap.* 11. Luca *de iur. Patronat. disc.* 12. *num.* 7. Vbi *num.* 8. dicit, quòd Patronus potest tantum interesse, vt bene administrentur bona; & si fructus sibi applicuerit, priuabitur iure Patronatus; & repetit *discurs.* 20. *num.* 13. Nisi priuilegio, vel longissima consuetudine, alitèr eis id permissum fuerit; vt post Abbat. & Ioan. de Imol. in *dict. cap. Cum vos.* Speculat. Palac. Rub. Greg. Lop. Lambert. & Viuian. dixit Solorç. *de iure Indiar. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 5.

Quod etsi regularitèr procedit in omnibus alijs Patronis; in Patronatibus autem ad Regiam Coronam spectantibus, nulli alij, quam ipsi Regi Patrono, iure Regaliæ horum fructuum custodia, collectio, & administratio competunt; sic post Zabarell. dixit Thesaur. *in loc. nuper citat.* Valenç. *cons.* 196. *n.* 52. Michael Ant. Franc. de Vrruitigoit. *de Eccles. Cathedr. cap.* 16. *num.* 70. Solorçan. *de iur. Indiar. cap.* 12. Frass. *in loc. citat. cap.* 16. per tot. *& cap.* 17. *num.* 1.

Quoniam Reges, etiam secluso Patronatu, omnium

 Cathe-

Cathedralium in ſuis Regnis exiſtentium Defenſores dicuntur, ac Protectores, Bald. in *Cap. Quanto*, 3. *in fin. de Iudici*, & in Proœm. Decretal. *Greg.* verſ. *Rex pacificus.* Canoniſtæ omnes *in cap. Filijs, vel nepotibus, cap. Quicumque, cap. Decernimus*, 16. *q.* 7. Couarr. *in regul. poſſeſſ.* 2. *part.* §. 10. *num.* 5. Conrad. *in Templo omnium Iudicum, lib.* 1. *cap.* 2. §. *De magnitud. Reg. n.* 15. Marta *de iuriſd.* 2. *part. cap.* 40. *num.* 2. Barboſ. *de iure Eccleſ. vniuerſ. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 84. Salgad. *de Reg. Protect.* 3. *part. cap.* 10. *num.* 232.

Et meritò iuris neceſsitate, & propria obligatione, Reges harum Eccleſiarum bona (ne latrocinijs ſubijciantur) protegere, defendere, & cuſtodire tenentur. *Cap. Pincipes*, 20. *cap. Rex autem*, 23. *q.* 5. Cabed. *deciſ.* 84. *num.* 2. *part.* 1. *& de Patron. Reg. cap.* 27. *num.* 7. Valenç. *dict. conſil.* 196. *num.* 17. Speculat. *in tit. Ne Sede vacante, ad fin.* Petr. Marc. *in concordat. Sacerd. & Imper. lib.* 4. *cap.* 9. §. 5. *& lib.* 8. *cap.* 22. à principio, *&* §. 7. *cum ſeqq.* Marcus, *deciſ.* 90. *num.* 6. *& deciſ.* 98. *p.* 1. *& deciſ.* 44. *à num.* 8. *& deciſ.* 560. *part.* 2. Barboſ. *de iur. Eccleſ. vniuerſ. cap.* 8. *num.* 86. Dian. *reſol. moral.* 8. *p. tract.* 5. *reſol. fin.* verſ. *Ad ſecundum*, Saling. *reſolut. Beneficial.* 2. *p. cap.* 3. §. 13. *num.* 7. & poſt omnes, Fraſſ. *de iur. Patronat. Indiar. cap.* 1. *num.* 24. *volumin.* 1. *& dict. cap.* 16.

Non autem ſibi fructus appropriare queunt iure propriæ Regaliæ; quandoquidèm ipſis (vt alij Gallorum exemplo ducti, non benè dixere) nullo iure debentur. Gutier. *practic. quæſt. lib.* 2. *q.* 49. *n.* 4. Cabed. *dict. deciſ.* 84. Laſſart. *de decim. vend. cap.* 19. *num.* 48. Salgad. *de ſupplication. ad Sanctiſsim.* 1. *part. cap.* 1. *à. n.* 117. *& cap.* 10. *num.* 20. *&* 68. Carleu. *de iudic. libr.* 1. *tit.* 1. *n.* 34. Valenç. vbi ſupr. *num.* 58. Solorçan. *de iur. Indiar. libr.* 3. *cap.* 12. *num.* 15. *& cap.* 11. *num.* 42. *&* 43. Ann. Robert. *lib.* 3. *rerum iudicatar. cap.* 1. *fol.* 3. Qui licet

aſſerat

asserat, Gallorum Regem, vi istius Regaliæ, vti Patronum, suos facere fructus, & vltra Præbendas, & alias Ecclesiarum Cathedralium Dignitates; quæ vacare contigerit, conferre; idemque confirmet Renat. Coppin. *de sacr. polit. libr.* 1. *tit.* 7. *num.* 1. *& seqq.* Sunt tamen qui hanc Regaliam, dicunt, faciendi fructus suos, & conferendi (vacationis tempore) Præbendas, & Beneficia Ecclesiastica, Gallorum Regem sibi vsurpasse; inter quos Archidiac. in *Cap. Imperium*, 10. *distinct.* Monac. *in cap.* 2. *de Præbend. in* 6. Cujac. *ad lib.* 3. *feud. tit.* 1. ante medium; Coppin. *de sacr. polit. libr.* 3. *tit.* 7. *num.* 11. Solorçan. *dict. libr.* 3. *cap.* 12. *n.* 27. & alij, quos in vnum cumulat Frass. ibidem, *num.* 22. *&* 23.

Qui quidem fructus Sede vacante obuenientes, de iure communi, vt diximus; Prælatis successoribus competunt; de iure verò nouissimarum Constitutionum; Cameræ Apostolicæ reseruantur; & in Siciliæ Regno, prout de Spolijs, ad Regem pertinent; vt testatur idem D. Francisc. Salern. *in dict. cons.* 50. *numer.* 66.

QVOAD SECVNDAM PARTEM, An scilicèt, possit Summus Pontifex in præiudicium Ecclesiæ, & Pauperum; huiusmodi Spolia in Principem sæcularem transferre; præmittendum puto; hæc Spolia, & Sedis vacantis fructus, non esse sacra, sed merè temporalia, & in mera temporalitate consistentia; vt accepimus ex Redoan. *de Spol. q.* 14. *n.* 14. ibi: *Spolia sunt res temporales, non sacræ, nec rei sacræ aliquam adhærentiam habentes, imò res profanæ.*

Atque minimè inter spiritualia connumerantur; quia res spirituales propriè sunt gratia Dei, & verbum Dei; vt satis doctè prænotauit Faustus *pro ærar. clas.* 7. *cons.* 22. *ordin.* 615. *fol.* 1292. ibi: *Res spirituales propriè sunt gratia Dei, & verbum Dei; & alij reditus Ecclesiastici, & decimæ, non sunt spirituales, sed temporales; & Canonistæ*

ista

ista confundentes, *turbationes plures incusserunt in Ecclesiam.*

Prætereà prohibitio Prælatis indicta, ne de bonis intuitu Ecclesiæ acquisitis testari possint, sed Ecclesijs relinquantur, fructusque Sedis vacantis futuro successori reseruentur, non diuino, sed iure merè positiuo procedit, *Cap. Ad hæc*, *cap. Quia nos*, *& cap. Relatum*, *de testam.* Cui Summus Pontifex etiam sine causa dispensare potest, *Cap. Innotuit*, *de election.* vers. *Quamuis*, *cap. Proposuit*, *de concession. Præbend.* Solorç. *de iur. Indiar. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 18. & post Abbat. Felin. Caccialup. & alios, Redoan. *de Spol. q.* 7. *à num.* 47. vsque ad 69.

Insupèr hæc Spolia, & Sedis vacantis fructus ex Ecclesiasticis Beneficijs procedunt, super quibus Pontifex maximam authoritatem habet, & de eis ad nutum disponere potest: *Clement.* 1. *Ne lite pendente*, ibi: *Ad Romanum Pontificem Ecclesiarum, Dignitatum*, *aliorumque Ecclesiasticorum Beneficiorum plena*, *& libera dispositio, ex suæ potestatis plenitudine*, *noscitur pertinere. Cap. Licet, de Præbendis in 6.* Sanch. *consil. moral. lib.* 2. *cap.* 2. *dub.* 37. *num.* 7. Valenç. *cons.* 4. *num.* 161. *& cons.* 63. *num.* 94. Bleinian. *de Benef. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 26. Et cuilibet Tertio, quamuis non citato, nec audito, præiudicare potest; nec est, qui ei dicat: cur ita facis? Et in foro externo regit, disponit, & iudicat; & quidquid sibi placet, legis vigorem habet. Optimè Redoan. *de Spol. q.* 7. *à num.* 47. vsque ad 69. *& q.* 1. *num.* 21. *& seq.* Luca *de Regal. discurs.* 148. *num.* 27. *& de iur. Patronat. discurs.* 55. *num.* 33. *& de Benef. discurs.* 64. *n.* 9.

Et tandèm præmittendum, dominium rerum Ecclesiasticarum, secundum veriorem, & communiorem DD. sententiam, non esse apud Ecclesiam (vt nonnulli opinati sunt) nec minus apud Prælatos, sed apud Christum; vt dixit Abbas in *Cap. Cum esses*, *de testam.* vers.

verſ. *Quinto principalitèr quæro*, *per text. in cap. Cum ex eodem, de election. in 6.* & *ibi gloſ. in* verb. *Chriſti*, & *cap. Qui Chriſti*, & *cap. Qui abſtulerit*, 12. *quæſt.* 2. Nudam vero adminiſtrationem penes Prælatos, qui nec dominium, nec proprietatem habent. Innocent. & Hoſtienſ. in *Cap. Cum ſuper, de cauſ. poſſeſ.* & *propriet.* dict. Fraſſ. *lib.* 1. *cap.* 20. *n.* 26. Et Pauperum quoad eorum diſtributionem, *Cap. Quoniam*, 16. *q.* 1. Præſes Couarr. *in cap. Cum in officijs deteſtam.* verſ. *Quoad ibi.* Et ratio patet, quia Chriſti Fideles Eccleſiæ offerentes, Deum ſemper in oblatione præ oculis habēt. *Cap. Nulli*, 12. *q.* 2. & *cap. Res Eccleſiæ*, 12. *q.* 1. Optimè Redoan. *de Spol. q.* 7. *num.* 26. & *ſeqq.* vbi plenè materiam pertractat.

His itaque ſic poſitis, licèt verum ſit, Deo dicata, in profanos vſus conuerti non poſſe; per *Reg.* 51. *de reg. iur. in* 6. Nec in laicos alienari, *Cap. Non licet*, 12. *q.* 2. Præſertim in præiudicium Pauperum, quorum commodo horum diſtributio cedit, *Cap. Videntes*, 12. *quæſt.* 2. Hoc tamen non intelligitur vbi aliqua legitima cauſa, pietatis ſcilicèt, neceſsitatis, commoditatis, vel vtilitatis interuenit; tunc enim dubium non eſt, quin legitimè in Principes etiam ſæculares alienari poſsint. *Cap. Adrianus, cap. In nouo*, 63. *diſtinct. cap. fin.* & ibi *Gloſ. Ne Prælati vices ſuas, cap. Cum Apoſtolica, de his, quæ fiunt à Prælat. ſine conſenſ. Capit. capit. Ad hæc.* & *cap. Prohibemus, de decim.* Suarez *de Relig. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 27. *num.* 12. Fragoſ. *de regimin. Reipub. libr.* 1. *diſp.* 4. *membr.* 7. *num.* 360. Couar. *libr.* 1. *variar. reſolut. cap.* 17. *num.* 9. Barboſ. *in l. Titia*, *num.* 40. *ff. ſolut. matrimon.* Seſsè *deciſ.* 162. *num.* 8. Melchior. Rainoſ. *obſeruat.* 50. *à num.* 5. Auguſt. Barboſ. *de iur. Eccleſ. vniuerſ. libr.* 1. *capit.* 7. *numer.* 157. Solorçan. *de iur. Indiar. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 10. & Redoan. *de Spol. quæſt.* 14. *num.* 58. ibi: *Nec valet, quod Spolia, vt res Eccleſiaſti-*

cæ, non posſint poſſideri iure communi, quia res Eccleſiaſticæ alienari prohibentur totis titulis de rebus Eccleſiæ non alienandis; quia reſpondetur, quod non eſt verum obiectum; quandoquidem ſunt prohibitæ ſine ſolemnitate, & ſine cauſa; quia cum cauſa, & ſeruata ſolemnitate à iure tradita, quotidiè alienantur, & alienari poſſunt.

Quod potiſsimum ſubſiſtit, quando agitur de meritorum remuneratione, & ſeruitiorum Eccleſiæ collatorum; tùnc enim, nedum Pontifex, verumetiam Prælatus in hanc cauſam alienare poteſt. Sic Bellug. *in Specul. Princip. rubr.* 13. *num.* 35. *& ſeqq.* Fauſt. *pro ærar. claſ.* 7. *conſ.* 41. *ordinat.* 634. Abb. *in cap. Conſenſus, de reb. Eccleſ. non alienandis*, Redoan. *de Spol. q.* 7. *num.* 8. §. 1. Balboa *in cap. Cauſam, de præſcript.* ibi: *Debetque talis conceſsio ex iuſta, & legitima cauſa fieri; veluti propter magna beneficia ab aliquo Principe in Eccleſiam collata; hæc enim gratitudo, & remuneratio ad bonum vniuerſale Eccleſiæ neceſſaria eſt.* Et aduertit Diuus Thom. *Quodlibet.* 2. *art.* 8. Fraſſ. *de iur. Patronat. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 12. & Caſtill. Sotom. *tom.* 7. *cap.* 10. *n.* 4. ibi: *Concurriendo juſta, y legitima cauſa de publica vtilidad, ò vrgente neceſsidad, por fauor de la Fè, y conſeruacion de las Igleſias, ò por ſeruicios, que à la dicha Igleſia ayan hecho.*

Et paſsim Summum Pontificem Prælatis, cæteriſque Beneficiarijs, de eorum Spolijs, intuitu etiam Beneficiorum acquiſitis, pro quacumque etiam ingenti ſumma, teſtandi facultatem, in præiudicium Eccleſiæ, & Pauperum impertiri videmus; vt aduertit idem Guilelm. Redoan. *de Spol. quæſt.* 7. §. *His præſuppoſitis, num.* 1. ibi: *Eſt indubitantèr dicendum, quod Papa poſsit concedere Clerico licentiam teſtandi de huiuſmodi Spolijs, & quouiſmodo diſponendi; quia huiuſmodi Beneficialia ſunt introducta de iure poſitiuo; vt per Abbatem in cap. Conſtitutus, de Relig. domib. & in*

ſua

sua disputatione, quæ incipit: Episcopus, colum. 2. & in his, quæ sunt de iure positiuo, Papa habet omnimodam potestatem, & quæ vult, omnia potest; quia supra ius dispensare potest. Cap. Proposuit, de concession. Præbend. Et *numer.* 4. dixit, dominium rerum Ecclesiasticarum, propriè loquendo, non esse apud aliquam Ecclesiam; sed apud Christum, cuius Papa Vicarius est, cum omnimoda potestate in terris; nec rem ab aliqua particulari Ecclesia, sed administrationem tantum aufert; potestque Ecclesijs, & Monasterijs præiudicare. Demùm *num.* 64. hæc subiunxit: *Quia prohibitio testandi indicta Clericis, videtur indicta de iure positiuo, super quo Papa habet plenariam potestatem, & stat pro ratione voluntas (secùs si iure diuino) & ideò Papa dispensare potest, & licentiam testandi concedere etiam sine causa; quia in introductis à tali iure, Papa sine causa dispensat; nec in eo causa requiritur, quia sola eius voluntas pro causa habetur; imò etiam potest, Tertio non citato, nec audito, in istis, sine causa, præiudicare.*

Imò, quod plus est, facultatem testandi etiam Monaco professo dare potest; quamuis omnia bona per eum acquisita, Monasterij sint (cuius potestati subijcitur) & ob inhabilitatem propriam, testari non posit; ex quo velle non habet, neque nolle. Vt benè probat idem Redoan. *de Spol. q. 7. §. His suppositis, num.* 46. *& sequent.*

Et quamuis Prælati, qui hanc testandi licentiam obtinuerint, eis, in foro interno, vti deberent, & ad pios vsus testari; vt apertè dixit Nauarr. *in tract. de Spol.* §. 7. *num.* 6. Couarr. *in cap. Cum in officijs de testam. n.* 8. Tolet. *in Sum. lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 18. Redoan. *de Spol. q.* 1. *num.* 43. & alij, quos refert Solorç. *dict. libr.* 3. *de iur. Indiar. cap.* 10. *num.* 15. Attamèn id procedit, quia dùm penes Clericos sunt, Ecclesiasticorum naturam retinēt; & in pios vsus distribui debent. Quod secùs esset, si penes

nes sæculares transferrentur; ex his, quæ dixit Bellug. in *Specul. Princip. rubric. 13. numer. 41.* Et nos infra dicemus. Et nihilominùs, ex antiqua, & immemorabili consuetudine, Prælatis etiam, cæterisque Ecclesiasticis, Papam huiusmodi licentiam passim concedere videmus, cum clausula, vt tàm ad pias, quàm non pias causas, & tàm in vita, quàm in morte, in Ecclesiæ præiudicium, & successorum (quibusvis Summorum Pontificum Constitutionibus minimè obstantibus) testari possint. Vt refert Redoan. *de Spol. q. 7. §. His præsuppositis, n. 15.* Et fusiùs videri poterit *ex Bulla Apostolica, quæ incipit: Pius Episcopus seruus seruorum Dei*, per eumdem relata in *præcitat. tract. & fol. 82.* Typis excussa.

Et in simili videmus Papam (iusta existente causa) etiam decimas Ecclesiasticas in Principes sæculares transferre posse, prout fecisse comperimus Alexandrum Papam Sextum fauore Serenissimi Regis Ferdinandi Catholici, & Reginæ D. Elisabeth eius vxoris ann. 1501. de omnibus decimis sibi competentibus in Regnis, Insulisque Indiarum Occidentalium per eos acquirendis; quod rectè fieri potuit. *Cap. Adrianus, cap. In nouo, 63. distinct.* Solorç. *de iur. Ind. lib. 3. cap. 1. n. 9. & seqq.* Castil. Sotom. *lib. 7. cap. 10. n. 1. & seq.* vbi plenè. Bellug. *in Specul. Princip. rubr. 13. n. 37.* & ibi Borrel. *in addition.* Azor. *in summ. tit. de decim. num. 13.* Cultell. *de immunit. Eccles. libr. 2. q. 90.* in fine.

Nec dicatur, istas decimas spirituales esse, & à laicis posideri non posse; *Cap. Decimas, 16. q. 6. cap. fin. de rer. permut. cap. 2. de iudicijs, cap. Quamuis, & cap. Tua, de decim.* Quandoquidèm explorati iuris est, aliud esse ius decimandi, quod spirituale est: aliud, ipsam fructuum temporalium perceptionem. Primo enim casu, secundum magis receptam sententiam, à laico, propter incapacitatem subiecti, posideri non possunt; licèt non desint grauissimi nominis Authores, qui firmitèr

mitèr teneant, quod si Papa hoc expressè fecerit, & imminens aliqua vrgeret necessitas, tunc etiam sustineatur alienatio. Vt videre est ex Bellug. *in Specul. Princip. rub.* 13. *num.* 37. vers. *Quid dices*? Et post Paul. Emil. *decis.* 241. *part.* 1. Barbos. *in l. Titia, num.* 40. *ff. solut. matrimon.* Gutierr. *libr.* 3. *practicar. cap.* 43. *num.* 30. & *libr.* 1. *q.* 15. *num.* 3. Garc. *de expens. cap.* 9. *n.* 90. Mart. *de iurisd.* 2. *p. cap.* 43. *num.* 46. dixit Solorçan. *in* citat. *cap.* 1. *num.* 10.

Secundo verò casu, si de mera temporalitate agimus, nudaque fructuum perceptione, tunc dubium non est, quin eas possit Pontifex in Principes sæculares transferre. Sic distinguendo dixere, Castil. Sotom. *lib.* 7. *cap.* 10. *n.* 5. & 6. Garc. *de expens. cap.* 9. *n.* 90. & 91. Barbos. *in leg. Titia, ff. solut. matrim. n.* 41. Sotus *de iust. & iur. libr.* 9. *q.* 7. *art.* 1. *column. fin.* Lassart. *de decim. vendition. cap.* 19. *num.* 32. Hostiens. *in sum. tit. de decim. n.* 13. Diu. Thom. 2. 2. *q.* 10. *art.* 4. *ad tertium.* Solorçan. *de iur. Indiar. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 29. Balboa *in cap. Causam, quæ,* 7. *de præscript. ex num.* 5. Frass. *de iure Patronat. Indiar. libr.* 1. *cap.* 16. *num.* 20. Leo, *decis.* 3. *n.* 13. & 14. *libr.* 1. Vbi, quod ius decimandi laicis concedi non potest; fructus tamen decimarum benè in laicum cadunt; quia in mera temporalitate consistunt. Luca *de decim. discurs.* 6. *num.* 13. Gratian. *discep. forens. cap.* 238. *n.* 81. Rota apud Salgad. *in Laberint. creditor. decis.* 95. *num.* 10. Lessius *de iust. & iur. libr.* 2. *cap.* 39. *dubit.* 4 Sessè, *decis.* 162. *num.* 19. *tom.* 2. Couarr. *libr.* 1. *variar. resolut. cap.* 17. *n.* 4. *vers. Tertio.* Suar. *alleg.* 28. *ferè per totam.*

Et ratio ea quidem est, quia decimæ, quoad quotam, siue quantitatem, iure positiuo indictæ fuere; iure tamen naturali, & diuino debitæ sunt Clericis spiritualia ministrantibus; vt ex eis alimenta sibi necessaria sumant. Ramirez *de leg. Reg.* §. 31. *num.* 3. & 4.

 Vbi

Vbi hæc dixit : *Decimæ fuerunt nostris Regibus à Romanis Pontificibus concessæ (quod fieri licuit) dummodò Ministris Ecclesiasticis aliunde remanserit, ex quo possint congruè sustentari, & ali; cum hoc solùm respectu, & consideratione fuerint decimæ iure naturali, & diuino institutæ; non vero quoad quotam, quæ à lege Pontificia, priuilegio, vel concessione, augeri, vel minui potest.* Et ita intelligi debent textus in *Cap. Parochianos, & cap. Tua nobis, de decim.* & qui dixere, decimas è diuino iure prouenire. Castill. Sotom. *lib. 7. cap. 10. num. 11.* Et in his, quæ à tali iure procedunt, Papa omnimodam potestatem habet, eique ad nutum dispensare potest. Redoan. *de Simon. part. 2. cap. 13. num. 33. & seqq.*

Et licèt Concilium Lateranense istarum decimarum alienationem in laicos prohibuerit; vt in *Cap. Non licet Papæ, 12. quæst. 2. cap. Quoniam, 16. quæst. 1. cap. Ad decimas, 16. quæst. 7. cap. Ad hæc, cap. Quamuis, cap. Prohibemus, cap. Tua, el 1. cap. Dudum, cap. A nobis, de decimis, cap. 2. §. Sanè, eodem titul. libr. 6. cap. Si quis Presbyterorum, de reb. Eccles. non alienand. extrauaganti, ambitiosè, eodem tit. cap. Cum & plantare, de priuileg. cap. Cum Apostolica, de his, quæ fiunt à Prælat. sine consens. Capit.* Præses Couar. *libr. 1. variar. cap. 17. num. 5.* & alij, quos in vnum cumulat Solorç. *de iur Indiar. lib. 3. cap. 1. num. 8.* Hoc tamen non procedit vbi Summus Pontifex ex iustis causis eas transtulerit; tùnc enim, non obstante huiusmodi Concilij prohibitione, benè sustinebitur alienatio, vt probat text. in *Cap. Cum in Apostolica, in fin. de his, quæ fiunt à Prælat. glos. in cap. Causam, quæ*, verb. *Detinere, de præscript. & in dict. cap. Nobis*, verb. *Exemptus, de decim. leg. 23. tit. 20. part. 1.* vbi Gregor. Lop. Couarr. *libr. 1. variar. cap. 17. num. 10.* Hostiens. *in Sum. de decim.* vers. *Tertio quæritur, n. 13.* Dummodò, quod

non

non in vniuersum, omnes decimas Principi sæculari, sed aliquas alicui particulari loco adscribat; ne nimium Ecclesia lædatur. Castill. Sotom. *lib. 7. cap. 10. num. 7.* Solorçan. *lib. 3. cap. 1. num. 9.*

Præterea prohibitio dicti Concilij, quoad decimarum temporalitatem, non est vsu recepta. Vt testatur Meger. *in tract. de aduoc. Armat. cap. 9. n. 797. pag. 414.* quem refert, & sequitur idem Solorç. *lib. 3. cap. 1. numer. 22. in fine.* Et vbi constat de voluntate Pontificis concedere volentis, tunc eo ipso per eum videtur Lateranensi Concilio derogatum. Solorç. *dict. libr. 3. cap. 1. n. 25. & 26.* ibi: *Cum autem Papa laico decimas concedit, eo ipso visus est Lateranensi Concilio derogare; & velle, quod non obstante, quod donatarius sit laicus, decimas percipere posset.*

Quin imò istæ decimæ possunt etiam (interueniente causa) in feudum concedi; ex his, quæ tradidit idem Solorçan. *dict. cap. 1. num. 9.* & post plures, Castill. Sotom. *lib. 7. cap. 11. num. 4.*

Hæc quidem, si in decimis procedunt, quæ ius Sacerdotum sunt, Sanctuarium Dei, & Clericis dantur, qui spiritualia ministrant; ex Bellug. *in Specul. Princip. rub. 13. n. 37.* multo magis & in Spolijs, quæ ex mera Beneficiorum, ac fructuum temporalitate proueniunt, de quibus Pontifex ad nutum disponere potest, vt diximus; & ideò benè ea, in satisfactionem expensarum in Ecclesiæ vtilitatem factarum, Regi Siculo concedere potuit.

Nec alicuius momenti est Ecclesiarum, Prælatorum, & Pauperum præiudicium, quibus, in dubio, Papam præiudicare non præsumitur; vt post Abbatem in *Cap. Quæ in Ecclesiarum, de constitution.* Innocent. *in cap. Quid super his*, Felin. *in cap. Cum olim, columnn. 3. & 4. de re iudic.* Iasson post Glos. & Barthol. *in l. fin. §. In computation. colum. final. C. de iur. deliberand.* dixit

xit Guilelm. Redoan. *de Spol. quæst.* 1. *num.* 12.

Quandoquidem respondetur, quod de Pontificis potestate (legitima interueniente causa) vt diximus, disputari non potest, & id tantum procederet vbi versaremur in dubio; ast vbi in claris, & de eius voluntate constat, per eorum expressam alienationem; tùnc pro certo habetur, quod eis præiudicare voluerit, & potuerit; tùm quia generalis Administrator est omnium bonorum Ecclesiæ, cum libera; tùm quia iuris positiui sunt, cui Pontifex derogare potest; tùm quia ex Beneficiorum fructibus proueniunt, in quibus Papa plenariam potestatem habet, nullis legibus obstrictam; tùm deniquè, quia passim licentiam Prælatis de eis disponendi in quoscumque etiam profanos vsus, in præiudicium Ecclesiæ, & successorum, tribuit. Et ita, his omnibus exclusis, fauore Cameræ Apostolicæ factũ fuisse comperimus. Vt peroptimè, de his agens, dixit idem Redoan. in præcitat. *Tract. de Spol. q.* 1. per totam; & præcipuè *à num.* 10. *vers. Sed opponi potest.* Et faciunt ea, quæ dixit Sot. *de iust. & iur. libr.* 10. *q.* 4. *art.* 3. Bellug. *in Spec. Princip. rub.* 13. *n.* 41. Castill. Sotom. *lib.* 7. *cap.* 16. *num.* 14. & Garc. *de expens. & meliorat. cap.* 9. *num.* 98.

ET DEMVM QVOAD TERTIAM PARTEM, nempè (supposita talis alienationis validitate) an Spolia adeò temporalizata fuerint, vt dùm penes Regem existunt, de eis in quoscumque, etiam profanos, vsus disponere posit (prout de alijs bonis temporalibus suæ Regiæ Coronæ) dicimus, quod omnia eiusdem generis bona, Pontificis priuilegio in Reges translata, de eorum Regalibus efficiuntur, & Regalia nuncupãtur; vt habetur ex *Glos. in* verb. *Regaliæ, iunct. Capitul. general. de election. in* 6. & ibi Canonistæ omnes. Archidiac. *num.* 1. Ioan. Andr. *num.* 4. Ioan. Monac. *num.* 4. Anton. de Puteo, *num.* 3. Geminian. *num.* 9.

Frass.

Fraſſ. *de iur. Patron. Indiar. cap.* 2. *num.* 1. Caſtill. Sotom. *de Tert. libr.* 7. *cap.* 3. *num.* 30. vbi inquit, quod omnia, quæ Reges ex gratijs, & conceſsionibus Apoſtolicis capiunt, ſicut & ea, quæ eis, vacante Sede, obueniunt, Regalia dicuntur. Bellug. *in Specul. Princip. rubric.* 13. *numer.* 43. Qui generalem regulam conſtituit, quod ea, quæ Princeps ex priuilegio Romanorum Pontificum habet, inter Regalia connumerantur. Petr. de Gregor. in *Syntagmat. iuris vniuerſ. part.* 2. *libr.* 17. *cap.* 17. *num.* 19. Auendañ. *de exeq. mandat. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 20. Sixtin. *de Regalib. libr.* 1. *cap.* 2. *à num.* 54. Petr. Barboſ. *in l. Titia, n.* 41. *ff. ſolut. matrimon.* Peregrin. *de iure Fiſci, libr.* 1. *tit.* 22. *n.* 38. Ruzeus *de iur. Regal. cap.* 2. *n.* 54. Reinoſ. *obſeru.* 50. *num.* 15. Mart. *de iuriſdict. part.* 2. *cap.* 40. *n.* 18. Solorçan. *de iur. Indiar libr.* 3. *cap.* 1. *n.* 30. Cabed. *deciſ.* 63. *part.* 2. Leon, *deciſ.* 3. *num.* 30. Salg. *de ſupplic. ad Sanct. ſ. p.* 1. *cap.* 1. *n.* 116. & 141. Quia mutatione perſonæ, licet ſubſtantia rei non mutetur, qualitas tamen, eorumque natura bene immutantur, ſicut & dominia. Bald. *in Rubric. C. de vſuris, num.* 5. verſ. *Item mutatione perſonæ. L.* 1. *in fin. Cod. de lucratiu. diſcretion. libr.* 10. *l. Licitatio, in fin. ff. de publican. & vectigal.* & in *L. Paulus aliàs per Procurat. ff. de acquir. hæredit.* in illis verb. *Quia mutatione perſonæ, caſtrenſia eſſe deſierunt.*

Et ad rem pertinet, quod ſi res Eccleſiæ ad priuatam perſonam tranſeunt, priuilegium perdunt, & vſucapibiles efficiuntur; vt dixit Bartol. in *Leg. Paulus, ff. de acquirend. hæredit.* & de Spolijs agens, Guilelm. Redoan. *quæſt.* 14. *num.* 15.

Præterea, ſi per priuilegium Apoſtolicum aliquod Beneficium Eccleſiaſticum laico conceditur, tunc naturam Eccleſiaſticam perdit, & quid ſæculare, & laicum efficitur; ſeù (vt ita dicam) ſæcularizatur, & per

consequens, in eo simoniæ labes cadere non potest. Garcia *de Benefic. 1. part. cap. 2. n. 29. fol. 5.*

Hoc idem procedit in decimis; nàm postquam Pontificis priuilegio in Principem sæcularem transeunt, non amplius Ecclesiasticæ sunt, sed temporales, & laicis donari, vendi; & quocumque alio titulo, prout alia bona patrimonialia, transferri possunt. Sic Antuñez *de Regal. donation. part. 3. cap. 1. n. 45. & 48.* Cresp. de Valdaur. *Obseru. 84. num. 11.* Castill. Sotom. *Libr. 3. de Tert. cap. 11. num 1.* vbi hæc scripta reliquit: *Tertiæ met ipsæ, ex quo fuerunt à Sede Apostolica concessæ, omnimodò mutauerunt qualitatem bonorum Ecclesiasticorum, & ab eo tempore factæ fuerunt ius Regale, & desierunt esse spirituales, & considerantur tanquam quid temporale; ita vt temporalizatæ fuerint, & effectæ profanæ, & temporales, & possìdentur titulo temporali, & non spirituali; sicuti alia qualibet bona, & redditus temporales Regum; & consequentèr inter eorum bona temporalia computarì debent.* Benè Menchac. *controu. illustr. lib. 2. cap. 89. n. 6.* vers. *Denique.* ibi: *Decimæ sic temporalizatæ in commercio laicorum habentur, non secùs, quam reliquæ res profanæ.* Faust. *pro ærar. clas. 18. tit. de neruis ærar. cons. 32. ordinat. 1394.* vbi: *Eo enim ipso, ea tertia decimarum pars pro indiuiso præcisa censetur à Sacerdotijs, bonìsque Ecclesiasticis, & donata censetur Regibus, Coronæque Regni Castellæ, in eum finem, ìusque eam accipiendi, dùm partitio sit decimarum singularum Ecclesiarum, quod Regibus, vi illius concessionis, ac donationis, competit; non est ius Ecclesiasticum, & spirituale, sed laicum, ac sæculare, à Summis Pontificibus ipsis concessum in bonis eà ipsa concessione, ac donatione, præcisis à patrimonio Christi, & à numero bonorum Ecclesiasticorum, factisque sæcularibus Regiæ Coronæ.* Molin. *de iust. & iur. disput. 663. num. 10.* ibi: *Illa pars decimarum esse desijt Christi patrimonium, bonumque Ecclesiasticum,*

facta-

factaque est bonum sæculare, & vbi Papa bona Ecclesiastica sæculari titulo adscribit, ea libera relinquit.

Ex hac enim donatione, omne directum, & vtile dominium in Regem translatum fuit. Gratian. *discep. forens.* 238. *num.* 59. vbi: *Et sic dominium vtile, & directum fuit translatum in donatarium laicum; vnde desinunt esse spirituales, & considerantur tanquam quid temporale.* Sesse, *decis.* 162. *tom.* 2. *num.* 21. ibi: *Decimæ sic simpliciter translatæ, quoad omne dominium in laicum, desinunt esse spirituales, & considerantur tanquam quid temporale.* Salgad. *de retent. Bullar. p.* 1. *cap.* 1. *ex num.* 141. Garc. *de expens. & melior. cap.* 9. *num.* 91. & 92. Et Ramir. *de leg. Reg. §.* 31. *num.* 4. *fol.* 332.

Quin imo perdunt nomen, & priuilegium rerum Ecclesiasticarum. Couarr. *practicar. quæst. cap.* 35. *num.* 2. Greg. Lopez *in leg.* 2. *tit.* 20. *part.* 1. verb. *No los deben, ad fin.* Gutierr. *Canonic. quæstion.* 1. *part. cap.* 34. *lib.* 1. & *Pract. q.* 14. Oliuan. *de iur. Fisc. cap.* 11. *num.* 43. & *cap.* 14. *num.* 20. & *cap.* 15. *num.* 14. Renat. Coppin. *lib.* 3. *de morib. Parisiens. tit.* 3. *numer.* 7. & 8. & post alios, Castill. Sotom. *lib.* 7. *de Tertijs, cap.* 11. *num.* 2.

Et Reges, si quas habent, ex concessione Romani Pontificis, vti temporales, & in quamcumque causam cedere, permutare, & benemeritis concedere possunt; prout & qui ab ipsis causam habent; quinimò vti bona patrimonialia, in iudicio familiæ erciscundæ continentur. Garc. *de expens. cap.* 9. *num.* 97. 98. & 99. *Et quia ista Beneficia sunt patrimonialia, instar patrimonij possunt vendi, permutari, in dotem dari, obligari, & veniunt in iudicio familiæ erciscundæ.* Castill. Sotom. *in loc. nuper citat. num.* 3. *in fine.* Antuñ. *de Regal. donation. part.* 3. *cap.* 1. *num.* 48.

Ex quo quidem infertur, Episcopum, pro Ecclesiæ necessitatibus, hæc bona collectare non posse; quia

quia eius iurisdictioni non subiacent; cum non amplius Ecclesiastica sint; sed merè temporalia. Sicque pluriès contra Episcopum Lucensem decisum fuisse, refert Garcia *de expens. dict. cap. 9. num. 97.* ibi: *Vt ex hac ratione, quod hæc Beneficia sint patrimonialia instar bonorum sæcularium, quod tales decimæ concessæ laicis, non possunt collectari per Episcopum, pro Ecclesiæ necessitate; quia manus Episcopi non extenduntur ad has decimas laicorum: respectu quarum Episcopo nulla potestas est; & ita iam semel contra Episcopum Lucensem in hoc Senatu iudicatum vidi.*

Nec minus charitatiuis subsidijs, quæ Regibus de bonis Ecclesiarum Regni Castellæ soluuntur, subiacent; quia non amplius vti Ecclesiastica, sed mera temporalia, considerantur. Sic Pater Dominic. Soto, *libr. 10. quæst. 4. artic. 3. fol. 900. Sunt etiam multa bona Ecclesiastica in titulum sæcularem transmutata, vt patet de Regijs Tertijs, quin verò totæ decimæ aliquarum Ecclesiarum.* Et exinde: *Et ideò cum ratione aliqua Papa bona Ecclesiastica sæculari titulo adscribit, libera relinquit.* Barbos. *in leg. Titia, num. 42. in fin. ff. solut. matrimon.* Garcia *vbi supr. num. 99.* Molin. *de iust. & iur. tract. 2. disp. 663. num. 10.* Reinos. *dict. obseru. 50. num. 16.* Lara *de Cappellan. lib. 2. cap. 16. num. 17.* Ceuall. *de las Fuerças, 2. p. q. 25. n. 24.* Castill. Sotom. *lib. 7. de Tertijs, cap. 16. n. 14.* ibi: *Ita etiam Ecclesiasticum Subsidium, quod ex bonis Ecclesiasticis in hoc Regno soluitur, non præstatur ob eamdem rationem, quia quid merè temporale, non autem Ecclesiasticum sunt.* Optimè Faust. *pro ærar. dict. ordin. 1394.* vers. *Hinc oritur dubium.* Vbi: *Etenim pars illa decimarum, eo ipso, quod Regibus Hispaniæ, Coronæuè Regni Castellæ donata est, esse desijt Christi patrimonium, bonumque Ecclesiasticum, factaque est bonum sæculare; quin & videtur fuisse exempta à iurisdictione Summorum Pontificum, cæ-*

pitque

capitque pertinere quoad dispositionem ad Hispaniarum Reges, vt de illa re ipsi disposuerunt, donando, & vendendo, absque recursu ad Summos Pontifices, & absque eorum dispositione; qua ergo ratione, subsidium à Summis Pontificibus impositum, vt de bonis omnibus Ecclesiasticis, etiam si ad laicos deuenerint, soluatur; soluendum etiam erit de istis bonis, quæ Ecclesiastica iam non sunt. Et ibi Lassartem contrarium tenentem reprobat, eiusque opinionem infirmam, & nullam esse profitetur; idque etiam procedere arbitratur eorum fauore, qui ab ipsis Regibus partem aliquam quocumque titulo habuerint.

Prout nec etiam eleemosynis subiacent. Solorçan. *de iur. Indiar. libr.* 3. *capit.* 1. *num.* 21. ibi: *Bona hæc decimalia laicorum ab obligatione præstandi eleemosynam, & à præstatione subsidij libera esse.* Faust. *in loc. supr. citat.* Frass. *de iur. Patronat. Indiar. tom.* 1. *cap.* 16. *num.* 21. ibi: *Ideòque vt temporales eleemosynis, ac subsidijs non subijciuntur.* Soto *de iustit. & iur. libr.* 10. *quæst.* 4. *artic.* 3. *columm. penultim. ad medium.* Ioann. Garc. *de expens. dict. capit.* 9. *numer.* 99. Reinos. *dict. obseru.* 50. *num.* 16. Barbos. *in dict. l. Titia, num.* 42. *ff. solut. matrim.* Pat. Molin. qui etiam Lassartem reprobat, *disput.* 663. *num.* 10. Lara *de Cappellan. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 17. Ceuall. *de las Fuerças,* 2. *p. q.* 25. *num.* 24.

Quinimò si vendi contigerit, ex huiusmodi venditione, decima (prout de alijs bonis temporalibus) debetur; eo potissimum, quia non amplius Ecclesiasticæ sunt, sed merè sæculares. Lassart. *de decim. vendit. cap.* 19. *à num.* 28. *ad* 38. Gutier. *de Gabell. q.* 42. Castill. Sotom. *libr.* 7. *cap.* 16. *num.* 14. Faust. *pro ærar. dict. claus.* 18. *consil.* 32. *ordinat.* 1394.

Et apud omnes in comperto est, quod si super huiusmodi decimis quæstio emergat, siuè de iure sit, siuè de facto; de hac non quidem Iudex Ecclesiasticus, sed sæcula-

 cula-

cularis cognoſcit. Sic dixere Couarr. *Practicar. quæſt. cap.* 35. *num.* 2. Ramir. *de leg. Reg.* §. 31. *num.* 4. Leo, *deciſ.* 3. Barboſ. *in dict. l. Titia, ff. ſolut. matrim. num.* 42. ibi: *Quia decimæ poſſidentur titulo temporali, & non ſpirituali; & ideò, tanquam de re merè temporali, cognitio pertinet ad ſolos ſæculares, ſiuè ſit quæſtio iuris, ſiuè facti.* Gutierr. *lib.* 1. *q.* 14. *num.* 4. *Poterit de his Iudex ſæcularis cognoſcere, vtcumque cauſa tractetur, ſiuè de iure harum decimarum, ſiue de facto.* Gratian. *diſcept.* 238. *num.* 58. *Cognoſcit Iudex ſæcularis etiam priuatiuè ad Eccleſiaſticum, quia poſſidentur titulo temporali, & non ſpirituali, ſiuè quæſtio ſit iuris, ſiuè facti.* Selsè, *deciſ.* 162. *num.* 23. *Sequitur inde, quod cognitio talium decimarum ſic translatarum, ſiuè quæſtio ſit iuris, ſiuè facti, pertinet ad Iudices ſæculares, priuatiuè ad Eccleſiaſticos.* Barboſ. *tom.* 6. *in addit. ad Collect. Decretal. in cap. A nobis, de decim. num.* 4. *De litibus, & quæſtionibus ſuper decimis exortis, ſiuè de facto, ſiuè de iure, Regia Suprema Tribunalia priuatiuè cognoſcunt.* Salgad. *de Retent. Bullar. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 2. Solorç. *de iur. Indiar. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 42. & poſt plures, Caſtill. Sotom. *de Tert. libr.* 7. *cap.* 12. *num.* 20. *& ſeqq.* Antuñ. *de Regal. donation. p.* 3. *capit.* 1. *numer.* 47. Et dùm de Regalibus ſunt, Iudex Cæſaris cognoſcit. Sic Oliuan *de Iur. Fiſc. capit.* 11. *& capit.* 14. *numer.* 70. Anne. Robert. *libr.* 3. *rer. iudicat. cap.* 1. Petr. de Gregor. *lib.* 17. *Syntagm. iur. vniuerſ. cap.* 8. *num.* 16. Leo, *deciſ.* 3. *num.* 30. Bobadill. *libr.* 2. *cap.* 18. *num.* 60. Solorçan. *de Iur. Indiar. lib.* 3. *cap.* 1. *à num.* 55. *ad* 57. *& cap.* 3. *num.* 24. Salgad. *de Protect. Reg. part.* 3. *cap.* 10. *num.* 190. Pereir. *de Manu. Reg. cap.* 37. *num.* 4. Faber *in C. tit. de Priuileg. Fiſc. definit.* 2.

Et demùm de iſtis decimis Rex poteſt ad libitum in quoſcumque etiam profanos vſus diſponere, nec aliqua eſt obligatione obſtrictus ea conuertendi in vſus pios; ſicque per Rotam Romanam deciſum fuit

ann.

ann. 1599. 2. Iunij, vt habetur in decisionibus Rotæ in nouissimis in vna Valentina de Gandia, coram Pamphilio; per quam fuit dictum, posse Regem Iacobum de istis decimis ad suæ libitum voluntatis disponere, absque vlla obligatione conuertendi in vsus pios. Cuius meminit Moscos. infra citand. *num*. 151.

Ex quibus Regem Catholicum liberè, & in quoscumque etiam profanos vsus de Indiarum Spolijs disponere posse; eruditissimè scripsere D. Petrus de Marmolejo, Supremi Consiliarius Indiarum Senatus, Garcia Perez de Araciel, eiusdem Fisci Patronus, & demum D. Christophorus de Moscoso & Cordoua, in suis doctissimis allegationibus; in quibus addidere, securiùs, iustiùs, ac tanto Catholico Principe digniùs esse, si ea vsibus semper pijs (vt fieri solet) applicarentur.

Et quamuis Indiarum Senatus in eam iuerit sententiam, vt in vsus pios cõuerti deberent; attamen id euenit, quia ibi Catholico Regi decimæ tantum concessæ fuere, cum onere dotandi Ecclesias, quæ etsi pro tempore, quo penes Regem erant, sæculares effectæ fuerint; vbi tamen pro Ecclesiarum dote, congruaque Prælatorum substentatione, ab ipsis Regibus redonatæ fuerunt; naturam iterum Ecclesiasticam reassumpsere, & mortuo Prælato, non ad Regem iure Spoliorum, cum de eis nullum speciale priuilegiũ haberet, sed successori pertinere; quia ibi Summorũ Pontificum Bullæ, & reseruatio fauore Cameræ Apostolicæ facta, vsu receptæ non fuerunt: & licet Regij defendere conabantur, illam redonationẽ Ecclesijs factam, pro congrua, scilicet, Prælatorum substẽtatione, temporalem, & non perpetuam, fuisse; mortuoque Prælato, tanquam à cessante causa, iterùm ad Regem vnde profectæ erant, redire deberent, pristinamque temporalium naturam reassumerent; tamen in harum opinionum conflictu, partem tutiorẽ, quæ non minùs Ecclesiæ, quàm Regiæ Coronæ fauet, elegere; vt, scilicèt, ad

Re-

Regem redeant, sed quod ea in operibus pijs impendere teneatur. Qui quidem casus longe distat à nostro, quandoquidèm speciale Spoliorũ priuilegium habemus, cum plena dominij trãslatione, & semper penes Regem, vti bona temporalia, sub eius libera administratione permansere: nec ea Rex habuit cũ onere dotandi Ecclesias; nec vnquam Ecclesiasticorum naturam reassumpserunt; itaquòd in eorumdemmet Authorum sententia, qui prædictam causam deciserunt, satis, superque comprehenditur, quod si noster Inuictissimus Rex in dictis Indiarum Regnis Spoliorum priuilegium haberet, de eis vtique, tanquam de rebus temporalibus, liberè disponere posset.

Quod, vt faciliùs assequamur, in mentem reuocare duximus, quod in Indiarum Regnis Bulla, per quam Spolia fauore Cameræ Apostolicæ reseruata fuere, vsu recepta non fuit; & ex inueterata consuetudine, in duas distribuebantur partes; quarum vna successori, alia Ecclesiæ, pro fabricæ necessitatibus, applicabantur; prout testatur Solorçan. *de iure Indiar. libr. 3. capit. 12. numer. 30.*

Exinde anno 1617. cum, vacante Sede, ingens pecuniarum moles ex Archiepiscopatu Argentino in vnũ peruenerit, quæ nec Religioso quidem ad dictum Episcopatum promoto, nec Ecclesiæ fabricæ applicari par erat; quin potiùs in operibus pijs erogari, vel pro subueniendis publicis bellorum necessitatibus, congruum videretur; Rex dicto Supremo Indiarum Senatui consuluit: *Esta materia es de mucha consideracion, y para ponderla resoluer, holgarè, que el Consejo declare el hecho con particularidad, y diga su parecer en derecho, y me lo embie todo.* In cuius executionem Senatus, visis prius allegationibus per dictos Senatores de Marmolejo, & Araciel editis, in eam deuenit sententiam; redditus, scilicèt, prædictos non in duas, prout antea, partes diuiden-

dos

dos esse, sed in tres; quarum vna successori in Episcopatu; altera fabricæ Ecclesiæ; & tandèm tertia Regis arbitrio, in pios vsus distribuenda; vt desumitur ex quadam schedula Regia data Matriti 3. Decembris 1631. in illis verbis: *Y por estar las dichas Iglesias sin tanta necessidad, como à sus principios, de algunos años à esta parte les hè ido haziendo merced de la tersera parte de las dichas vacantes; y otra tercera parte à los Prelados, para los despachos de sus Bulas, y hazer su viage à sus Iglesias, y preuenirse de Pontifical; y la otra tercera parte de las dichas vacantes hè resruado, para disponer de ellas en Obras Pias.*

Vacante postea dicto Archiepiscopatu Argentino, suspensaque per aliquot annos prouisione, & cumulatis ingentibus pecuniarum summis, fuit iterùm propositum: an licitè Regio Fisco applicari potuerint; & denuò consultus Supremus Indiarum Senatus (visis prius, ac benè perceptis alijs eruditissimis allegationibus per dictum Moscoso editis) tandèm referente Regio Consiliario D. Ioanne Solorçano, fuit paritèr resolutum, vt nihil ex antiquo, & solemni iure derogaretur, sed in vtilitatem Ecclesiæ, Prælatorum, & piorum vsuum conuerterentur; prout testatur idem D. Ioann. Solorçan. in *dict. libr.* 3. *capit.* 12. *numer.* 34.

Vt igitur istarum decisionum fundamenta comprehendantur, suppono, quod Papa Alexander Sextus, anno 1502. concessit Serenissimis Ferdinando Regi Catholico, & Elisabeth eius vxori omnes Indiarum decimas, cum onere dotandi Ecclesias nouitèr erigendas, vt ex ea Rectores, alijque Præsidentes, se commodè, aliaque Ecclesiæ onera sustenrare valerent; prout in infrascripta Apostolica Bulla continetur.

ALE-

ALEXANDER EPISCOPVS SERVVS Seruorum Dei, Charissimo in Christo Filio Ferdinando Regi, & Charissimæ in Christo Filiæ Elysabethæ Reginæ Hispaniarum Catholicis, salutem, & Apostolicam benedictionem.

EXimiæ deuotionis sinceritas, & integra fides, quibus Nos, & Romanam reueremini Ecclesiam, non indignè merentur, vt votis vestris, illis præsertim, per quæ circa Catholicæ Fidei exaltationem, ac Infidelium, & barbararum nationum depressionem, libentiùs, & promptiùs intendere valeatis. Sanè pro parte vestra Nobis nupèr exhibita petitio cõtinebat, quod vos, pia ducti deuotione, pro Fidei Catholicæ exaltatione summoperè desideratis (prout iam à certo tempore citrà, non sine magna impensa vestra, ac laboribus facere cæpistis, & in dies magis facere non cessatis) Insulas, & partes Indiarum acquirere, & recuperare, vt in illis, quacumque damnata secta abiecta, colatur, & veneretur Altissimus. Et quia pro recuperatione Insularum, & partium prædictarum vobis necessè erit graues subire impensas, & grandia pericula perferre, expedit, vt pro conseruatione, & manutentione dictarum Insularum, postquam per vos acquisitæ, & recuperatæ fuerint, ac perferendis impensis ad conseruationem, & manutentionem prædictarum partium necessarijs, ab illarum incolis, & habitatoribus pro tempore existentibus, decimas exigere, & leuare possitis. Quare pro parte vestra Nobis fuit humiliter supplicatum, vt in præmissis vobis, statuque vestro opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui eiusdem Fidei exaltationem, & augmentum, nostris potissimè temporibus, supremis desideramus affectibus, pium, & laudabile propositum vestrum plurimùm in Domino commendantes, huiusmodi supplicationibus inclinati, Vobis, & successoribus vestris pro tempore existentibus, vt in Insulis prædictis ab illarum incolis, & habitatoribus

etiam

etiam pro tempore existentibus, postquam illæ acquisitæ, & recuperatæ fuerint (vt præfertur) assignata priùs realitèr, & cum effectu, iuxta ordinationem tunc Diœcosanorum locorum, quorum conscientias super hac oneramus, Ecclesijs, in dictis Insulis erigendis, per Vos, & successores vestros præfatos, de vestris, & eorum bonis dote sufficienti, ex qua illis Præsidentes, eorumque Rectores, se commodè substentare, & onera dictis Ecclesijs pro tempore incumbentia perferre, ac cultum Diuinum, ad laudem Omnipotentis Dei, commodè exercere, iuraque Episcopalia persoluere possint; decimam huiusmodi percipere, ac licitè, & liberè leuare valeatis, authoritate Apostolica, tenore præsentium, de specialis dono gratiæ indulgemus. Non obstantibus Lateranensis Concilij, ac alijs Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque. Nulli ergo omninò liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datis Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Domini millesimo quingentesimo primo, sextodecimo Kalendas Decembris; Pontificatus nostri anno decimo. Adrianus. Registrata apud me Adrianum, &c.

Hac igitur supposita concessione, cum in aliquibus Indiarum Insulis nonnullæ Cathedrales Ecclesiæ erectæ fuerint, promotique ad earum Episcopatus RR mi. D. Garcias de Padilla, D. Petrus Suarez de Dessa, & D. Alphonsus Manso, idem Rex Catholicus, atque D. Ioanna eius Filia Regina Castellæ, in executionem præcedentis pacti, easdem Ecclesias dotare volentes, congruamque Prælatorum, & aliorum inseruientium substentationem assignare, cum Prælatis prædictis ad quamdam transactionem, siue concordiam deuenere, cuius vigore, mediante publico instrumento Burgis dato die 8.

Maij

Maij 1512. decimas eiſdem ex Pontificia conceſsione competentes, dotis titulo, aſsignauerunt; his verbis: *Les hazen merced, gracia, y donacion deſde aora para ſiempre jamàs de los diezmos à ſus Altezas pertenecientes de las dichas Islas, y hàn por bien, que los lleuen, ſegun, y en la forma, que à ſus Altezas pertenecen, y los hàn lleuado por conceſsion, y donacion, que dellas les hizo el Papa Alexandro Sexto.* Illis tantum exceptis, quæ ex auro, argento, cœteriſque metallis, lapillis pretioſis, & margaritis colligerentur; vt eam ad verbum tranſcripſit Antonius de Herrer. *in Hiſtor. gener. Indiar. decad. 1. libr. 8. cap. 10. fol.* 278. Solorç. *de iur. Indiar. lib. 3. cap. 4. n.* 13. & nouiſsimè D. Petr. Fraſſ. *de iur. Patronat. cap. 19. num. 2. volum.* 1.

Exinde verò cum aliæ ſex Metropolitanæ, cum alijs triginta duabus Eccleſijs Suffraganeis, nonnullæque Dignitates, Canonicatus, Parochiæ, & aliæ minores Eccleſiæ, quæ ſeptuaginta ferè millium numerum excedebant, erectæ fuerint, aliam & quidem meliorem, nouamque dotandi formam introduxere; nempè, vt decimarum fructus, aliorumque Eccleſiæ bonorum in quatuor diſtribuerentur partes; quarum vna Epiſcopo, alia Clero, cæteriſque Eccleſiæ Miniſtris; reliquæ vero in nouem diuiderentur partes; quarum duæ, (quæ nouenæ appellantur) Regi in Patronatus, ac Supremæ poteſtatis ſignum, deberentur; quatuor Rectoribus, cæteriſque Curatis; & demùm tres fabricæ, & Hoſpitalibus applicarentur; vt deſumitur ex Bulla erectionis Eccleſiæ Limanæ, cuius exemplo reliquæ erectæ fuerunt; prout teſtatur Solorç. *de iur. Indiar. libr. 3. capit. 4. à num. 6. ad* 14.

His ſuppoſitis, orta fuit quæſtio: num Sede vacante ob Prælati mortem, ſiuè ob illius ad aliam Eccleſiam translationem, iſtarum decimarum fructus, qui tempore vacantis obveniebant Regi competerent, futurous

deberentur successori; & dicendum videbatur hos fructus futuro deberi successori; cùm ibi Camera Apostolica non succedat, nec de eis Rex aliquam concessionē Pontificiā habeat. Sed his non obstantibus, quamplures Supremi Indiarū Senatus Consiliarij subtilissimè sustinuerunt (alio quidem iuris fundamento) ad Regem pertinere; ea potissimum ratione, quia dotis constitutio, non perpetua, sed temporalis, & in nudam alimentorum caussam (donec, scilicèt, Prælatus vixerit) facta fuit; ideòque vacante Sede propter eius mortem, aut translationem ad aliam Ecclesiam, tanquam à cessante causa, cessare, & iterùm ad Regem redire debeant, prout obueniebat antequam pro dote assignarentur; sic Frass. *de iur. Indiar. capit.* 18. *numer.* 1. *volumin.* 1. *Eamdemque naturam temporalem retinent, etsi deinde Ecclesijs, aut ipsorum Prælatis fuerint donatæ, ac proinde, vacante Ecclesia, cum cesset causa, & ratio concessionis, rectè posse Regem nostrum eam partem in vsus quosuis distribuere.* Et melius Solorçan. *de Iur. Indiar. dict. libr.* 3. *capit.* 12. *num.* 36. ibi: *Quorum præcipua fundamenta inde peti videntur, quod omnes Indiarum decimæ, ex concessione Apostolica nostris Regibus competunt; atque ideò inter temporalia eorum bona connumerantur, vt supra hoc libro, capite primo probaui; quam naturam retinere inquiunt, etiam si postea ab eisdem Regibus Ecclesijs donatæ fuerint, ac proinde liberè, & licitè in quosvis vsus expendi posse, vbi ipsas Ecclesias vacare contigerit; quoniam non alitèr à se abdicare voluerunt illud priscum ius concessionis Apostolicæ, nisi quatenùs Ecclesiæ vsibus, & vtilitatibus opus esset; quod cùm cesset tempore Sedis vacantis, meritò tùnc ad eos reuerti inquiunt, & concessionem cessare, concessionis causa cessante.*

Nec vim facere dicebant donationem per verba perpetuitatem denotantia, conceptam fuisse; quandoquidem ea, quæ Regiæ Coronæ incorporata sunt, in suc-

cessorum præiudicium alienari non possunt. *L. Cum filius*, 28. *ff. de militar. testament*, ibi: *Verumtamen alienum ius minuere non potest*: idem Solorçan. *dict. cap.* 12. *num.* 52. Bleinian. *de Benef. libr.* 1. *cap.* 9. *n.* 36. & 40.

Sed ex aduerso dicebatur, nullo iure ad Regem pertinere; tùm quia de eis Pontificium priuilegium non habebat; tùm quia donationes perpetuæ, & irretractabiles fuere, ex illis verbis: *Les haz en merced, gracia, y donacion desde aora para siempre jamàs.* Tùm quia Principum beneficia perpetuo decet esse mansura, *L. final. ff. de constitutionib. Principum. l. Cum multa, C. de bonis, quæ liberis.* Tùm quia in causam dotis, quæ de sui natura proprietatem continet; præsertim vbi à traditione initium sumpsit; tùm demum quia dotatio processit in vim conditionis, & pacti in ipsa Pontificia concessione appositi, ex qua nullum præiudicium illatum Regiæ Coronæ, nec successoribus in ea, quia actus, non tàm Regi exequenti, quàm Pontifici mandanti, tribui debet. *L. Pater ex Prouincia, ff. manumissis vindicta, l. Vnum ex famil. in principio, §. 1. ff. de legatis* 1. vt hæc, & alia benè perpendit idem Solorçan. *dict. libr.* 3. *cap.* 12. *num.* 53. & Frass. *dict. cap.* 18. *à num.* 30.

Nec obstat, quod in congruam Prælatorum substentationem hæc dos asignata fuerit, quoniam ex hoc non sequitur, temporalem, & in alimentorum causam factam fuisse, quia hæc verba stant loco causæ, nec præcedentem perpetuam dispositionem limitant, aut restringunt; vt benè probat *Text. in l. Cum alimenta, ff. de supellectil. legat.* ibi: *Illam autem adiectionem, vt habeant vnde se pascant, magis ad causam prælegandi, quam ad vsumfructum constituendum pertinere.*

Et propterea dicendum videbatur, quòd dùm istæ decimæ Ecclesijs pro earum dote asignatæ fuerint, temporalium naturam amiserint, & Ecclesiasticam iterùm reassumpserint; quapropter in posterum, non vt tempora

porales, sed vt spirituales, & Ecclesiasticæ tractari, & iudicari debeant. Bleinian. *de Benef. tit. de profan. decim. à num.* 22 Barbos. *de offic. & potest. Episcop. part.* 3. *allegat.* 121. *num.* 10. Frass. *dict. cap.* 18. *num.* 29. Solorçan. *lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 40. *& cap.* 12. *num.* 63. Vbi istam communiorem, & probabiliorem esse profitetur, *& num.* 64. addidit; nihil profani iuris in Regem remansisse, dùm renuntiatio, seù donatio generalis fuit, & absoluta, in tantum; vt sine noua Pontificis concessione, ad Regem redire, temporalesque iterum effici non possint; vt benè dixit Mosc. *in dict. eius. Respons. num.* 68. ibi: *Porque es reassumir V. Magestad lo concedido à la Iglesia, que vna vez dado, hà de ser perpetuo; y mas lo que por auer sido Eclesiastico, tomò el ser que tenia antes de espiritual, y sin nueua gracia del Pontifice, no puede boluer à temporalizarse.* Augustin. Barbos. *de offic. & potest. Episcop. alleg.* 121. *à num.* 10. Gregor. Lobet. *litter. D. arrest.* 60. & ibi Brodeus *in addit.* Francisc. Grimaldet. *in paraphras. decim. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 50. Bleinian. *vbi supr. num.* 24.

Hæc argumenta nimium vrgebant, & propterea longe verius, ac receptius visum fuit, huiusmodi dotationes fuisse perpetuas; quia verba nullam patiebantur interpretationem; prout testantur idemmet Frass. in *dict. capit.* 18. *numer.* 35. & Solorçan. *in dict. libr.* 3. *cap.* 12. *numer.* 53. Et sine noua Pontificis concessione, hi vacantium fructus Regi competere non poterant, vel si demum aliquo reuersionis titulo ei deberentur, tuta conscientia consuli non posse, de eis libere in quoscumque etiam profanos vsus disponere posse. Et non immeritò idem Solorçan. loc. citat. *numer.* 68. dixit: *Denique si concedamus Regem nostrum iusto aliquo titulo, vel colore his bonis potiri posse, adhuc tamen non videtur salua securitate conscientiæ ei consuli posse, quod ea liberè, & absolutè pro arbitrio suo in quoslibet vsus merè profanos expendere posse.*

His igitur potissimum ductus Supremus ille Indiarum Senatus, referente dicto D. Ioanne Solorçano; in eam vti securiorem, magisque piam iuit sententiam, vt hi fructus in posterum in tres diuiderentur partes; quarum vna successori in Episcopatu; altera fabricæ Ecclesiæ; & tertia in vsus pios, pro Regis arbitrio, distribueretur; & huic Rex noster pijssimus annuit, quia piam causam continebat.

Ex quibus manifestissimè comprehenditur, quam diuersa sint huius decisionis fundamenta; nàm non ex eo processit, quia bona Ecclesiastica, penes Regem existentia, ex Apostolica concessione, temporalia non sint; nec per Regem in quoscumque vsus conuerti possint; sed ex eo quia Ecclesiæ redonatæ fuere, pristinamque naturam Ecclesiasticam reassumpserunt, & sine noua Pontificis concessione, iterum sæcularizari non poterant. Quod non procedit in Spolijs, & vacantium fructibus Regni Siciliæ, quia hæc vigore primæuæ concessionis penes Regem semper perstiterunt (prout in præsentiarum sunt) eamdemque naturam temporalem retinuerunt, & inter alia bona temporalia Coronæ connumerantur: quo in casu fatetur etiam, & ipsemet Supremi Indiarum Senator, quod si decimæ Ecclesijs redonatæ non fuerint, & penes Regem persisterent, prout Spolia (de quibus agimus) tunc de eis, prout de alijs bonis temporalibus disponere posset, vt desumitur ex eius verbis, *num.* 63. ibi: *Secundo, quia licet fateamur decimas Regibus, & alijs laicis concessas, dum apud eos manent, temporalium naturam assumere, communior tamen, & securior opinio est, quod vbi ex eorundem Regum liberalitate, Ecclesijs redonantur, pristinam conditionem assumunt, & tanquam quid Ecclesiasticum, & spirituale deinceps tractari, & iudicari debent.*

Et istam communiorem opinionem esse fatetur Frass. in dict. *cap.* 18. *num.* 29. *&* 31. ibi: *Quod licet verum*

sit

sit secundum communiorem opinionem temporalium indui naturam, & qualitatem decimas Apostolico priuilegio obtentas, dùm apud Reges, & Principes detinentur, aliud esse si Ecclesijs redonatæ fuerint, quia tunc pristinam naturam reassumunt.

Exemplum patet in Tertijs, Hispaniarum Regibus in Regnis Castellæ debitis, ex diuersis Summorum Pontificum priuilegijs, quæ duo nouenæ appellantur, idest, duæ nouem partes ex quibuslibet nouem, vt explicat Castill. Sotom. *libr. 7. capit. 2. n. 3.* Hæ namque, quia nunquam Ecclesijs redonatæ fuerunt, vt temporales iudicantur, & de eis Rex ad libitum disponere potest. *L. 1. tit. 2. lib. 9. nouæ Recopilationis*, ibi: *Por quanto las Tercias, que son las dos nouenas de todos los frutos, rentas, y otras cosas, que en estos nuestros Reynos se diezman, son nuestras, y de la nuestra Corona, y Patrimonio Real.* Et in Regij patrimonij Ærario deponuntur; vt testatur idem Castil. Sotom. *cap. 1. num. 1. cap. 2. num. 1. & cap. 11.* per totum.

Idem etiam procedit in duobus nouenis reseruatis in erectionibus Ecclesiarum Indiarum, quæ in omnibus æquiparantur Tertijs Regibus Castellæ debitis, & sicut illæ tẽporales iudicantur, ita & istæ; quin imò per Regios Ministros administrantur, exiguntur, & distribuuntur; prout testatur Solorç. *dict. lib. 3. cap. 4. num. 18. & 21.*

Nec obstare videtur, Regem in locum Prælati defuncti subrogatum fuisse, & sicut ille, ita & iste in causas pias conuertere teneatur; quia hæc concesio, non per subrogationem, sed pleno iure, ad instar Tertiarum Hispaniæ, facta fuit. Castill. Sotom. *lib. 7. cap. 4. num. 6.* Et volens Pontifex huic antidorali obligationi satisfacere, in Regem hoc ius liberè transtulit, quod etiam de plenitudine potestatis, sine causa, reuocare non potest. Bald. *in leg. Si quæ patris, num. 10. vers. Sed Nicolaus, C. vnde liberi.* Rouit. *sup. Pragm. reuoc. gratiar. num. 22.*

M Ca-

Capic. Galeot. *in tractat. de reuoc. priuileg. num.* 49. Et ratio patet; quia hæc concesſio non gratuita fuit, ſed onerosa, & in remunerationem ſeruitiorum; quæ vbi gratiæ æquipollent, & cum re conceſſa, perpetuam commenſurationem habent, tunc priuilegium tranſit in contractum. Bellug. *in Specul. Princip. rubric.* 9. *num.* 85. Bald. *dict. l. Qui ſe patris, C. vnde liberi, à num.* 10. Decian. *reſponſ.* 25. *à num.* 30. *volum.* 1. Et venditionis contractus potius, quam priuiliegium, reputatur, etiam ſi Princeps vtatur verbo, *Indulgemus*, quia pecuniæ expenſæ, cæteraque ſeruitia, ſtant loco pretij; Bald. vbi ſupr. Bellug. *in Specul. Princip. rub.* 43. *num.* 5. *& rubr.* 36. *num.* 2. optimè Petra *de poteſtat. Princip. q.* 32. *num.* 56. *& à n.* 153. *ad* 159. Caſtill. Sotom. *lib.* 7. *de Tert. cap.* 18. *num.* 53. Menoch. *conſ.* 1003. *n.* 94. Peregrin. *de iur. Fiſc. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 28. Et in donatione remuneratoria idem procedit, quia onerosa potius, quam lucratiua, cenſetur, & ſapit naturam contractus permutationis, *L. Sed & ſi lege, ff. de petition. hæredit.* ibi: *Planè ſi antidota acceperunt, dicendum eſt, locupletiores factos, quatenus acceperunt.* Et ſtatim ſubdit: *Et velut genus quodam hoc eſſe permutationis, L. Si pater, §. Si quis aliquem, & l. Aquilius Regulus, ff. de donation.* ibi: *Defendi non meram donationem eſſe, verum officij Magiſtri quadam mercede remuneratum Regulum.* Roland. à Vall. *conſ.* 13. *volum.* 3. Qui dixit, quod hæc non dicitur gratuita concesſio, ſed potius permutatio, aut facti ſeruitij ſolutio, ſiue compenſatio. Surd. *conſ.* 419. *à n.* 51. Azebed. *in l.* 3. *tit.* 10. *lib.* 5. *num.* 23. Cancer. *variar. reſol. to n.* 2. *cap.* 3. *de priuileg. num.* 153. Menoch. *in dict. conſ. à num.* 94.

Huic enim antidorali obligationi iure naturæ tenemur, qua etiam bruta ligantur; quia benefacienti benefacere, ex inſtinctu naturæ procedit; & diligentiùs quærendus eſt, dixit Senec. *de beneſ. lib.* 2. *cap.* 8. bene-

ficij

ficij, quam pecuniæ creditor. Quin imo: *Maiora nos decet dare, quam ab accipientibus accepisse videamur*; dixit Casiodor. *libr.* 1. *epist.* 36. Quia præmia, non tam benemeritis diriguntur, quam vt alij eorum exemplo ad res similes præclarè gerendas excitentur. *L. Vt virtutum, C. de statuis, & imagin. l. Viuus, vers. Benemerentibus, ff. si quid in fraudem Patron.*

Ex his enim constat huiusmodi concessionem ex causa onerosa processisse, Regique nostro non tantum distributionem demandatam (cum ex ea nullam condignam retributionem consequeretur) verumetiam & plenum dominium, non secùs, ac si in eum venditionis titulo translatum fuisset.

Nec quia Regum liberalitate, eorumque eximia pietate erga Religionem, & cultum diuinum, aliquando in vsibus pijs applicatæ fuerint, inducitur ideò necessitas, & obligatio coactiua sic imposterum faciendi. Solorçan. *dict. cap.* 12. *numer.* 24. Frass. *cap.* 17. *num.* 17. Moscos. *dict. respons. num.* 145. ibi: *No es menos cierto, que està obligado V. Magestad à gastar las vacantes en obras pias, porque aunque en ella se hàn cumplido, y consumido, y V. Mag. por su clemencia, y grande atencion al culto diuino, lleuado del exemplo de sus mayores, hà hecho lo mismo, desto no se infiere obligacion, porque no se induce de lo que pende de voluntad.*

His non videntur aduersari, quæ in hanc Regaliam scripsit D. Franciſc. Salern. *in dict. cons.* 18. §. 1. prohibitionem, scilicèt, ne bona Ecclesiastica, Deoque dicata, in alios, quam in pios vsus, conuertantur, à iure diuino, & naturali processisse, cui Papa dispensare non potest; & licet alij voluerint, Papam ex graui causa posse concedere facultatem expendendi in profanos; id tamen pro parua, non autem pro magna quantitate, procedit; vnde infert, quod si Papa id iuris non obtinet, ita & illud nec Regi permittere potuit.

Quan-

Quandoquidem vt ſpicam à ſpicis ſeiungamus, hic adnotandum puto, quod alia ſunt Eccleſiæ bona ſpiritualia, alia vero patrimonialia. Spiritualia ſunt Templa, vaſa ſacra, & aliæ ſacroſanctæ res Eccleſiarũ, & iſta ex quo annexam habent ſpiritualitatem, ab hominum cõmercio penitus eximuntur. *L. Nontantum §. Sacræ, ff. de rerum diuiſione*, & nec alienari, neque infeudari, nec alio quouis titulo transferri poſſunt. *L. Nemo Martyres cum authentica multo magis, C. de ſacroſanctis Eccleſijs.* Temporalia vero, ſiuè patrimonialia bona Eccleſiæ ſunt penitùs diſtincta, & ſeparata ab alijs ſpiritualibus, quia nec ſunt ius ſpirituale, nec quidquam ſpiritualitatis habent, ſed tota in temporalitate conſiſtunt. *Can. ſed adhuc, §. His ita, 11. quæſt. 1.* Bleinian. *de Benef. tit. de patrim. Eccleſ. & Eccleſiaſticorum, à num. 1.* Et licet earum alienatio de iure prohibita ſit; tamen quia Prælati in eis tantam poteſtatem habent, quantam maritus in rebus vxoris, & tutor in rebus pupilli, ideò ſicut & ea cum cauſa alienari non prohibentur, ita & iſta, vbi legitima cauſa, pietatis, ſcilicet, neceſsitatis, & vtilitatis interponitur. Sic Bleinian. *in loc. ſupr. cit. num.* 28. ibi: *Diximus vero vt plurimum (ſi ſit Eccleſiæ) quia cum Clericorum eadem ferè ſit in rebus Eccleſiæ, quæ mariti ſit in rebus vxoris, & tutoris in rebus pupilli, poteſtas, vt vulgò notatur poſt gloſ. in cap. Auditis extra, de in integr. reſtitut. Patrimonij Eccleſiæ ad inſtar dotalis, vel pupillaris alienatio prohibita eſt in cap. 1. cap. Nulli, & paſsim extra de rebus Eccleſiæ non alienandis: & propterea hæc facultas alienandi, dependet ab illius regulæ exceptionibus, quas quidem ad tres caſus, pietatis nempè, neceſsitatis, & vtilitatis reducere ſolent DD. in leg. Iubemus, & l. Sancimus, C. de ſacroſanct. Eccleſ.*

Spolia verò, & fructus Sedis vacantis, ſpiritualia nõ ſunt, ſed temporalia, & in mera temporalitate conſiſtunt; quinimò ſunt in commercio, & iure communi

poſsi-

posſidentur, & cum cauſa alienari, prout & præſcribi poſſunt; vt ex Redoan. & alijs ſupra probauimus.

Nec Gallorum Regis obſeruantia, qua Salernus vtitur, tanti eſt facienda, quia ea conſuetudo ab vſurpatione proceſsiſſe, prout affirmant Archidiacon. & alij, quos ſupra citauimus: & forſitan hanc liberalitatem exercet ad exonerandam eius conſcientiam, haud immemor eo, quod Papa Bonifacius Octauus Regi Philippo Quarto, cognomento, Pulchro, per hanc epiſtolam ſcripſit: *Bonifacius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei Philippo Francorum Regi. Deum time, & mandata eius ſerua. Scire te volumus, quòd in ſpiritualibus, & temporalibus nobis ſubes, Beneficiorum, & Prabendarum ad te collatio nulla ſpectat; & ſi aliquorum vacantium cuſtodiam habes, fructus eorum ſucceſſori reſerues; & ſi qua contuliſti, collationes tales irritas decernimus, & quantum de facto proceſſerunt, reuocamus, aliud credentes, Hæreticos reputamus. Datum Lateranenſi nono Decembris, Pontificatus noſtri anno primo.* De qua teſtatur Arnulfus Ruſeus *de Regalib. in præfat. 1. part. numer. 3.* Valdès *de Dignitate Regum, capit. 22. numer. 18.* Laborius *de election. Canonic. tit. 4. cap. 4. num. 51.* Solorç. *de iur. Indiar. dict. lib. 3. cap. 3. num. 47. & cap. 12. num. 26. &* Fraſſ. *dict. cap. 16. num. 30.*

Præterea ſi prohibitio à iure diuino procederet, nec quidem pro parua quantitate Pontifex diſpenſare poſſet; cum illud vſque ad ſanguinem cuſtodire teneatur. *Canon. Sunt quidam, 25. q. 1.* Bellug. *rubr. 13. num. 36.* & Redoan. *de Spol. quæſt. 7. num. 65.*

Sed quia P. Antonius Diana, quem poſt hæc ſcripta vidi, in *tom. 9. ſuarum reſolutionum moralium, tract. de immunit. Eccleſ. reſol. 14.* (his non præcognitis) acritèr in hanc Regaliam, & Corſettum invehit, firmitèrque cum Solorçano, & Salerno ſuſtinet, Regem tuta conſcientia his Spolijs in alios, quàm in pios vſus, vti non

poſſe

posse; ideò eius fundamenta hic inserere non grauabor. Refert enim ipse, Corsettum in suo voto firmitèr tenuisse, Regem de his liberè disponere posse; quia vnusquisque in re sua est moderator, & arbiter. Idque fundasse: *Primo*, ex recepta sententia DD. Regni Siciliæ: *Secundo*, ex præsumpta reseruatione sibi facta in erectionibus, & Ecclesiarum dotationibus: *Tertio*, ex consuetudine: *Quarto*, ex priuilegio: *Quinto*, ex simili regalia, qua Rex Gallorum vtitur: & demùm *Sexto*, exemplis. Quibus Diana sigillatim satisfacere conatur. Et primo, negat, hanc esse receptam opinionem Doctorum illius Regni, quinimò à pluribus accepisse, Regem non nisi in vsus pios disponere consueuisse. *Secundo*, negat adesse hanc reseruationem, quia dotatio præsumitur libera, vbi contrarium non probetur. *Tertio*, negat adesse hanc consuetudinem, quin imò vtitur quadam constitutione Regni Siciliæ Regis Guilelmi, qua cauetur Spolia, fructusque Sedis vacantis futuro deberi successori; licet exinde posteriores Reges non ad nouum Antistitem, sed in vsus pios conuertere consueuerint; & dato, quod talis consuetudo adesset, eam damnat, affirmatque esse abusum, & parum tutam pro Regum conscientijs: *Quarto*, negat adesse tale priuilegium; tùm quia de originali non constat; tùm quia non est in genere allegandum, sed in specie probandum; nec Lucæ de Barberio fideitanti est deferendum, dùm nullum priuilegij tenorem, diem, nec annum, nec Pontificis nomen adducit, nec assertioni Regis Ferdinandi Catholici standum, cùm de proprio commodo, & tertij præiudicio agatur: *Quinto*, negat Gallorum Regi iure propriæ Regaliæ hoc ius disponendi de Clericorum Spolijs, & fructibus Ecclesiarum vacantium competere, illudque esse abusum; vtiturque exemplo Federici Secundi Imperatoris, & Siciliæ Regis, qui in quadam sua Bulla,

aurea

aurea, quam refert Spondanus *in annalib. Eccles. tom.* 1. *ann.* 1213. *num.* 4. & post eum Baronius ad literam *tom.* 11. *ann.* 1097. abusum esse declarauit, & Ecclesiæ restituit per hæc verba: *Illum quoque dimittimus, & reputamus abusum, quem in occupandis bonis decedentium Prælatorum, aut etiam Ecclesiarum vacantium nostri consueuerunt Antecessores committere, pro motu propriæ voluntatis; omnia nos spiritualia vobis, & aliarum Ecclesiarum Prælatis relinquimus liberè disponenda, vt quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ Dei, Deo rectâ distributione reddantur. Datum apud Egram per manus Bertholdi de Mise, Regalis Aulæ Prothonotarij, quarto Idus Iulij, ann. Domin.* 1213. Et demum respondet exemplis, quibus Corsettus vtitur; idque spectandum quod fieri, non quod male gestum fuerit; vltraquàm quod ex Regia schedula (quam ad literam transcripsit) Duci Alcalensi, tunc Proregi Siculo, directa, contrarium apparet.

Hæc, quæ P. Diana pro sua opinione scripsit, etsi aliquam dubitandi ansam præbeant, puto tamen (ne quid Ecclesiæ, Regioque Diademati hinc inde detrahatur) maiori explanatione, altiorique luce indigere; ideò pro veritate scribens, vtque veritas ipsa magis, atque magis elucescat, neuè quid in re tanti momenti, & scrupuli, intactũ remaneat; hæc subnectere decreui.

Testatur primo Corsettus, de communi opinione DD. illius Regni, Regem de his Spolijs liberè disponere posse. P. Diana verò contrarium à pluribus accepisse refert. Sed in hac diuersitate, non quid senserint, sed quid verè sentire debuerint, attendendum esse puto.

Secundo, Corsettus sustinet ex immemorabili possessione in Ecclesiarum erectionibus, titulum reseruatum præsumi. P. Diana negat. Et certè si hac sola iuris præsumptione Regis titulus inniteretur; Dianæ obiectum subsisteret, quia titulus non præsumitur, vbi alia iuris præsumptio resistit.

Ter-

Tertio, Corsettus, Regem in quoscumque vsus disponere consueuisse, affirmat, nonnullaque exempla refert; at Diana negat. Nos vero, conuersiones promiscuè factas fuisse profitemur, prout ex exemplis à Corsetto allatis, & recentioribus relationibus per Carolum Maldonado Rationalem Regij Patrimonij editis die 4. Iunij 1680. excerpsimus.

Nec constitutio Regis Guilelmi, qua Diana vtitur, Coronæ iuribus aduersatur; nàm licet per eam Spolia futuro reseruentur successori; tamen id euenit, quia tunc temporis Spoliorum priuilegium Regibus Siculis concessum non fuerat, iusque commune seruabatur: nàm Rogerius Guiscardus, natione Normanus, expulsis Sarracenis, Insula Siciliæ potitus est ann. 1090. cui Papa Vrbanus Secundus, propter immensa beneficia in Ecclesiam collata, Legati à Latere munus indulsit. Huic Simon succesit, qui statim sine filijs obijt, eique ann. 1102. successit Rogerius, qui primus ex Pontificia permisione in Vrbe Panormi, ann. 1129. Rex coronatus fuit. Huic anno 1151. successit Guilelmus, cognomento, Malus, qui sine filijs obijt, eique successit ann. 1166. alter Guilelmus, qui, Bonus, dictus fuit, & regnauit vsque ad diem 18. Nouembris ann. 1189. Alphonsus vero huius nominis Primus, Aragoniæ & Siciliæ Rex coronatus fuit ann. 1416. cui Martinus Quintus (qui tunc temporis Ecclesiam moderabatur) hoc Spoliorum, & fructuum vacantium priuilegium indulsit. Et sic tantum abest, vt Constitutio Regni huic priuilegio se opponat, quantum adest, vt Siculi Reges, alioquin pijssimi, pro tempore, quo eis hoc ius non competebat, successorum fauore ius commune obseruari voluerunt.

Cæterùm hæc Constitutio non à Guilelmo Rege, vt P. Diana autumat, quin potiùs á Rege Rogerio edita fuit, vt ex eius rubrica legitur, quæ est in *libr. 3. Constitut.*

tut. Regni, sub titulo de *Administratione rerum Ecclesiæ post mortem Prælatorum* , *fol.* 343. Qui in Vrbe Panormi, anno 1129. coronatus fuit; obijt ann. 1151. & istam constitutionem edidit tempore Eugenij Tertij , ann. 1146. vt testatur D. Ioannes Beltran de Gueuara Archiepiscopus Compostellanus , in Apologia, quam contra Cardinalem Baronium, fauore Regiæ Monarchiæ , scripsit, *fol. mihi* 29. ibi : *En conformidad desto, en tiempo de Eugenio Tercero , el año de* 1146. *el Rey Rogerio hizo vna Constitucion cerca de los bienes Eclesiasticos , que comiença*: (*PERVENIT.*) & est in *libr.* 3. *Constit. Regni* , *tit. de administr. rerum Ecclesiasticar. post mortem Prælator.*

Præterea esto verum sit , consuetudine effici non posse, vt bona Ecclesiæ in profanos conuertantur vsus; prout Tannerius, Molina, Maytana, & Canisius , à P. Diana citati, affirmant; id tamen procedit pro tempore , quo penes Ecclesiam sunt, non autem vbi legitima causa (præuia Summi Pontificis concessione) in Principem Sæcularem transferrentur ; tunc enim ex quo naturam Ecclesiasticam perderent, & temporalem assumerent; de eis non secùs, ac de alijs bonis temporalibus iudicari debeat, vt supra plenissimè probauimus.

Vtitur tandèm P. Diana exemplo Henrici Secundi Anglorum Regis , qui inter auitas consuetudines, quæ seruari volebat, ea erat, quod redditus Ecclesiarum vacantium ad ipsum pertinerent ; & nihilominus vti contra libertatem Ecclesiasticam, à Diuo Thoma Canturiensi , & ab Alexandro Tertio reprobata fuit. Sed id meritò processit, quia illa consuetudo propria lege, & ab vsurpatione initium sumpsit ; vt habetur ex his , quæ Vvillelmus Britus, ab eodem Diana allegatus, in illis carminibus scripta reliquit:

Protinus Ecclesiæ bona vacantia, ab ipso
Vsurpata, suos conuertebatur in vsus.

Quod non procedit in nostro pijssimo Regē, cui iusto, ac legitimo titulo, mediante Summi Pontificis concessione, debentur; vbi enim adest titulus, cessat abusus, quia iustam possidendi causam præstat; vt dixit Boetius Ephon, in *Haret. quæst. lib.* 1. *num.* 141. per eumdem Dianam adductus, *dict. resolut.* 14. *num.* 10.

Quarto Corsettus priuilegium allegat, illudque immemoriali possessione probare nititur. Pater Diana illius existentiam negat, asseritque non alitèr, quam per originalis ostensionem, & exhibitionem probari posse, & Lucæ de Barberio fidem labefactat, dùm priuilegium, diem, nec annum, nec Pontificis nomen allegat. Sed nos, licet fateamur Patrem Dianam regularitèr locutum, hæc tamen regula nonnullas à iure approbatas patitur exceptiones, quarum vna principalior est, quod ea, quæ temporis vetustate collapsa, vel deperdita reperiuntur, legitimis probationibus, ac iurium præsumptionibus probari possunt. Castill. Sotom. *libr.* 7. *tit. de Tertijs, cap.* 3. *n.* 5. Vbi postquam regulam constituit (qua P. Diana vtitur) id tamen non procedere dixit; quando allegatur titulus, & possessorem tuetur antiquitas temporis immemorialis; tunc enim præsumitur, satisque per immemorialem probatus dicitur, ita ut nec possessor titulum exhibere teneatur; quia tāti temporis cursus habet vim Pontificiæ concessionis. *L. Hoc iure, §. Ductus aquæ, ff. de aqua quotid. æstiu. cap. Super quibusdam, §. Præterea, ff. de verbor. significat.* Et ex hac immemoriali, possidenti titulus ex fortiori causa, quæ excogitari possit, acquiritur; Garc. *de nobilit. glos.* 12. *num.* 54. *& seqq.* Castill. Sotom. *libr.* 3. *cap.* 22. *num.* 3. Et ne dum vtile, verumetiam & directum acquiritur dominium; Roland. à Valle, *cons.* 89. *libr.* 2. tribuitque titulum pro suo, vt post Mascard. *de probationib. tom.* 3. *concl.* 1372. *à num.* 16. *vsque ad* 53. & alios, plenè dixit idem Castill. *dict. cap.* 22. *num.* 3. ea que tutus est possessor, ac si priuilegium ab eo, qui con-

concedendi potestatem haberet; quinimò pro cautela tradunt Doctores, inter quos Barbos. in *Rubric. de præscript. à num.* 336. & post plures, Castil. Sotom. *dict. cap.* 3. *n.* 13. Quod allegetur, sed non producatur titulus, nàm si non producitur, iustissimus, validissimus, & efficacissimus præsumitur. Econtrà, si vitiosus fuerit, aut nullus immemoriali possessione non iuvabitur. Et vbi cum hac immemoriali vltra tituli allegationem, concurrit fama priuilegij (prout in casu nostro) & scientia, & tolerantia Summi Pontificis (qui nunquam in Regem litem, aut quæstionem excitauit) tunc possessor tuetur, etiam si rei possessæ incapax esset; vt post Barbos. Gabriel. Couarr. & alios, dixit idem Castill. Sotom. *dict. cap.* 3. *num.* 15. *&* 16. *& cap.* 22. *num.* 31.

Carpit tandem P. Diana Lucæ de Barberio fidem, Cardinalem Baronium insecutus; qui *tom. vndecim. Annal.* ann. 1097. contra Regiam Siciliæ Monarchiam scripsit, eo quia Bullam Vrbani Secundi (per quam Regibus Siculis Legati à Latere munus indulsit) mirificè confirmauit; sed certè licet cum Diana fateamur nullam huic Authori fidem adhibendam esse in his, quæ à sola eius allegatione procedunt; tamen in his, quæ ex actis apparent, alitèr dicendum; omnimodam, scilicèt ei adhibendam esse fidem; prout statuit idem Rex Ferdinandus Catholicus in capitul. 109. ibi: *Stetur tamen actis, priuilegijsque in dicto Capibreuio contentis, seu mentionatis; cui Capibreuio in actis prædictis fides tribuatur. Quo verò ad allegationes in dicto Capibreuio per eumdem factas, illuc non intelligatur in praiudicium alterius, nec illis stetur.* Sicque Lucam tuentur Paramus in Apologia contra Baronium, quam manuscriptam habeo, in responsione ad primam propositionem. D. Ioann. Beltran de Gueuar. Archiepiscop. Compost. in Apolog. contra eumdem Baron. *fol. mihi* 20. *&* *fol.* 52. incertus Au-

thor,

thor, qui contra Baronium hæc scripsit: *Hinc clarè patet, quam male argumentatur Author Annalium ad tollendam fidem diplomati Vrbani Secundi Rogerio Comiti concesso, asserendo, ordinatum fuisse per Regem Ferdinandum, quod Capibreuio per Ioannem Lucam de Barberio, nulla fides adhibeatur; cum ex Capitulo Regni ab ipsomet Baronio citato constat, quam infidelis, & subdolus fuerit testis, qui sibi huiuscemodi mendacia tradidit, cum oppositum legenti pateat*. Quapropter, dum hoc priuilegium non in sola Lucæ de Barberio allegatione consistit, sed in quampluribus actis, & scripturis, in Regia Cancellaria existentibus, per eum ingenti studio, summaque cum vigilantia, & labore, Regis iussu, in vnum collectis, & in dicto Capibreuio longa serie transcriptis, & mentionatis, sequitur, vt ei omnimoda fides adhiberi debeat; præsertim vbi concurrit immemorialis possessio (quæ sola sufficeret ad probandum titulum) aliæque Regum Chronistarum, & vetustiorum traditiones, quæ paritèr plenè probant.

Quinto Corsettus hoc ius Regi competere iure propriæ Regaliæ affirmat. P. Diana negat, abusumque esse profitetur, prout Federicus Secundus Imperator, & Siciliæ Rex in dicta sua Bulla declarauit. Nos vero P. Dianam rectè locutum fuisse, putamus, quia Regibus etiam Patronis nullum ius faciendi fructus suos competit, sed tantum, ne latrocinijs subijciantur, custodire tenentur. At vbi Pontificis concessione eis deberentur, tunc statim de eorum Regalibus efficerentur, & inter alia Coronæ bona connumerarentur, vt diximus.

Nec Federici Secundi declaratio Coronæ iuribus aduersatur; nam licet per eam Regibus hoc ius faciendi vacantium fructus, proprio iure, non competere probetur, non ideò tamen infertur omninò esse abusum; nam id procederet quoties Reges propria authoritate

illud

illud sibi vsurpassent; non autem si legitimus titulus intercesserit. Præterea Federicus, Henrico Sexto Imperatori eius patri, non dissimilis, bonorum Ecclesiasticorum vsurpator euasit, ad eout ab Honorio, dein à Gregorio Papa Nono excommunicatus, & demùm ab Innocentio IV. in Concilio Lugdunensi anno 1245. Imperio paritèr, & Regno priuatus fuit, vt habetur in *cap. Ad Apostolicam, el 2. de re iudicat. in 6.* Sigon. *lib.* 18. *ann.* 1245. *&* 1250. Fassell. *in histor. Regn. Sicil. decad.* 2. *lib.* 8. *cap.* 2. Illesc. *libr.* 5. *cap.* 36. *in histor. Pontific. in vita Innocent. IV.* Gueuar. *in dict. Apolog. contr. Baron. fol. mihi* 92. *à tergo, &* 93. ibi: *Muerto Henrico Sexto en el año de* 1199. *dexò à Federico de cinco años, y por tutor al Papa Inocencio III. sucediò este en el Reyno de Sicilia, y perturbò mucho el estado de la Iglesia; siguiendo las pisadas de su padre, teniendo muchas diferencias con los Sumos Pontifices; ocupando las tierras, y patrimonio de la Iglesia, y el Papa Gregorio Nono le excomulgò in Cœna Domini, y este fue fruto, que se sacò de Constancia Monja, y el Papa Inocencio Quarto con el Concilio Lugdunense le priuò del Imperio, y del Reyno. Fue esto cinco años antes que muriesse, al qual, segun los Autores, le ahogò su hijo Manfredo.* Hi enim propria authoritate, inter alia, hæc iura sibi vsurpauerant, & meritò exinde Federicus, abusum fuisse declarauit, vt ex eiusdem Bullæ verbis exprimitur: *Illum quoque dimittimus, & reputamus abusum, quem in occupandis bonis decedentium Prælatorum, aut etiam Ecclesiarum vacantium, nostri consueuerant antecessores committere pro motu propriæ voluntatis,* Quam anno 1213. factam fuisse, posteaque confirmatam ann. 1219. profitetur Petr. Marca in *Concord. Sacerd. & Imper. libr.* 8. *cap.* 23. §. 1. eamque ad literam transcripsit Frass. *de iur. Patronat. Indiar. cap.* 16. *num.* 28. *volumin.* 1.

Insuper Reges Siculi pro tempore quo Federicu

regna

regnauit, Pontificiam concessionem non obtinuerant, quia Federicus successit ann. 1199. & obijt ann. 1250. Priuilegium vero Alphonso Aragonum, & Siciliæ Regi (qui in Regno successit ann. 1416.) à Papa Martino Quinto (qui Ecclesiam rexit ab ann. circiter 1415. vsque ad annum 1430.) concessum fuit, prout testatur Gueuar. vbi supr. *fol. 69.* ibi: *En lo que toca à los Espolios, y frutos de las vacantes, no se puede referir à Sicilia, porque hasta el tiempo del Rey Don Alonso el Magno, nunca los tuvieron los Reyes de Sicilia.* Et fol. 35. *Aduiertase, que los Espolios de Sicilia son de los Reyes, como se dirà en su lugar, y tiempo, desde el tiempo del Rey Don Alonso acà.* Hæc enim si P. Diana, secundum morem perscrutasset, vtique non ab alio, quam à se ipso responsum quærere deberet.

Sexto, Corsettus expendendi consuetudinem allegat: P. Diana negat. Nos vero consuetudinem, etsi fere semper in vsus pios, multotiès tamen in vsus profanos factam fuisse vidimus. Præterea in Regia schedula dicitur: *Os encargo, que para poder tomar la resolucion que conuiene en cosa tan importante, me digais lo que se os ofrece en la materia, y el fundamento con que auiais aplicado esto à lo que dezis, no auiendose hecho nunca, auiendo en ello el escrupulo que se apunta.* In cuius executionem, & in sui iustificationem scripsit Corsettus; sed transmissa ad Supremum Italiæ Consilium, eius iustificatione, nil (quod sciam) in contrarium rescriptum fuit.

Hæc, etsi fortiter vrgeant, animaduertendum tamen puto, quod huiusmodi Pontificiæ concessiones, non vno semper, eodemque contextu, sed diuersimodè concipi solent, prout de licentijs testandi dixit Redoan. *de Spol. q. 7. num. 71.* Et sub diuersis clausulis, & formis, Mandos. in *pract. signat. licent. test and.* Stafil. *in eadem pract. fol. 187.* vers. *Solet etiam breue.* Sarn. *in tract. breuium*, vers. *Facul-*

Facultas etiam testandi. Et legẽm accipiunt ab ipsa Pontificia concesſione, non ſecùs, ac feuda formam à prima inueſtitura recognoſcunt. *Cap. 1. de duob. frat.* Apont. *de poteſt. Proreg. tit. 10. §. 1. rubr. de reform. inueſtit. num. 3.* Frecc. *in princ. lib. 3. de ſubfeud.*

His ſic ſuppoſitis, vt clarior euadat noſtræ quæſtionis reſolutio, plures caſus diſtinguendos eſſe cenſeo. Quorum primus eſt, quod aut Pontifex hæc Spolia, fructuſque Sedis vacantis alicui Principi ſæculari, iuſta ſuadente cauſa, addicit, ea lege, vt de eis liberè, tàm in pios, quàm non pios vſus diſponere valeat (prout de licentia teſtandi diximus) & tunc non eſt dubium, quin de eis, prout de alijs ſuis bonis temporalibus, diſponere poſsit.

Secundus caſus eſt, ſi ex cauſa oneroſa ea liberè, & abſolutè in Principem ſæcularem tranſtulerit, nulla lege præſcripta expendendi in vſus profanos, vel conuertendi in vſus pios; & tunc idem procedere exiſtimo: quia eo ipſo, quod hæc bona, mediante Summi Pontificis concesſione, è patrimonio Eccleſiæ præciſa fuerunt, mutatione perſonæ, Eccleſiaſtica eſſe deſierunt, & temporalium naturam aſſumpſerunt, & de eis non ſecus, ac de alijs bonis temporalibus iudicari debeat, prout ſupra plenisſimè probauimus.

Tertius caſus eſt, ſi conceſsio ea lege facta fuit, vt non, niſi in pios vſus, vel pauperes alendos, conuertere teneatur (prout Papa Alexander Sextus Indiarum decimas Caſtellæ Regibus ſub onere dotandi Eccleſias dedit) & tunc nullo modo in alios, quam in pios vſus, Rex conuertere poſſet; & ſi ſecùs faceret, ad reſtitutionem teneretur.

Quartus caſus eſt, ſi priuilegium temporis vetuſtate collapſum, vel deperditum reperiretur, & de eius tenore conſtare nõ poſſet (& hic eſt propriè caſus noſter) & tunc licet per immemorialem poſſeſsionem probetur

titu-

titulus acquisitionis; tenor tamen, eiusque forma non æquè probatur, quia priuilegij tenor non alitèr, quã per eius inspectionem, & exhibitionem probari potest, *cap. Porrò, & ibi* DD. *de priuileg.* & sunt inspicienda, vt sciatur, quid in eis contineatur, *cap. Recepimus, de priuileg. & cap. Accepimus, de fid. instrument.* Bellug. *in Specul. Princip. dict. tit. de publ. foror. rubr.* 47. *num.* 37. Vnde vt in hac ambiguitate sciamus, quid in hoc priuilegio contineatur, ad obseruantiam nobis recurrere licet, quæ est optima; imò fidissima legum, statutorũ, & priuilegiorum interpres. *l. De quibus, l. Si de interpretation. l. Minimè, & l. In ambiguitatibus, ff. de legib. l. Obseruare, §. Ingressus, ff. de Offic. Proconsul. l. 1. C. Quæ sit longa consuetudo*, ibi: *Nam & consuetudo præcedens, & ratio, quæ consuetudinem suasit, custodienda est.* Et talis præsumitur titulus, qualis vsus demonstrat. *cap. Cum dilectus, & ibi* DD. *de consuetud.* Salern *cons.* 3. §. 22. *num* 222. Bertazol, *consil. ciuil*, 97. *num.* 25. *volumin.* 1. Valenç. *consil.* 103. *num.* 30. *& consil.* 120. *num.* 26. *& consil.* 235. *num.* 31. *&* 117. *volum.* 2. Borel. *de præstant. Reg. Catholic. cap.* 13. *num.* 37. Menoch. *consil.* 1047. *num.* 21. *lib.* 11. Quam obseruantiam à titulo processisse præsumitur, ita vt id dispositum dicatur, quod exinde subsecutum fuerit, *l. Quædam mulier, ff. de re vindicat. l. Si à te, ff. si seruus vindicetur, l. Prædia, ff. de acquir. posses.* Alexand. *consil. final. num.* 9. *volum.* 4. Castill. Sotom. *libr.* 5. *cap.* 93. §. 6. Non secùs, ac si formalibus verbis in ipsa lege, vel priuilegio id expressum fuisset, *cap. Cum venissent, de institution. cap. Cum dilectus, de consuetud. l. Si hæres, ff. de actionib. empti. l.* 1. *C. de imponend. lucrat. discrit. lib.* 10. Innocent. *in cap. Cum olim*, 15. *num.* 2. *de verbor. significat.* Bald. *cons.* 89. *num.* 40. *& cons.* 130. *volum.* 1. Decian. *cons.* 44. *num.* 17. *volum.* 2. Mastril. *de Magistr. lib.* 4. *cap.* 10. *num.* 40. *&* 41. Regens Tapia, *decis.* 7. *numer.* 16.

Nec pro eius interpretatione (vt fieri solet) ad Principem concedentem recurrendum, si per vsum, consuetudinem, & obseruantiam, priuilegium interpretatum fuerit; quia potiùs attenditur sensus per consuetudinem inductus, quàm Principis declaratio, vt constat ex text. notabili, quem sic summat Salicetus in *l. Cum denouo*, 10. *C. de legib.* Decian. *respons.* 44. *à numer.* 3. *volumin.* 2. *&* *respons.* 52. *numer.* 26. *volum.* 5. Bertazol. *cons. ciuil.* 71. *numer.* 30. *&* 31. *volum.* 1. ibi: *Nec recurrendum est ad Principem, sed interpretationi, quam tribuit consuetudo, cui, vti matri, reuerentia debetur.* Consuetudo vero, & obseruantia, qua pijssimi nostri Reges vsi fuere, & si promiscuam profiteamur; tamen priscis temporibus (à quibus nouissima legem accipere debent) Religio semper, & cultus diuinus apud eos (vt moris est) inualuit, & ferè semper in eleemosynis, alijsque operibus pijs distributa fuere: & si aliquando in alijs causis applicata reperiantur, id tamen pro seruitiorum remuneratione sæpè sæpiùs viduarum fauore ab eis relictarum, qui benè Regi inseruierunt, processit, in quibus etiam paupertatis pietas, commiseratioue comprehenditur; & Rex gloriosi nominis Philippus Secundus in eius vltimo elogio hanc legem præscripsit, vt non, nisi in pios vsus conuerterentur; prout testatur D. Rocc. Pirr. *in notit. Sicil. Eccles. tit. de elect. num.* 26. *fol.* 94. ibi: *Sed Hispaniæ, Siciliæque Rex bona illa in pios vsus erogat, semper, atque ad pietatem, Religionemque promouendam, neque hac in re aliter vnquam, quod sciam, factum est; imo eam rem, moriens Philippus Secundus filio commendatam in testamento voluit. Qua de causa Philippus Tertius per litteras, quas scriptas habes in Regia Cancellaria præcepit, vt ea in re, Magistratus, cui id muneris incumberet, diligentissimè inuigilarent; addiditque eas sacras diuitias in Arcam illis continendis, designa-*

tam

tam; conijciendas esse, quousque in pietatis officijs erogarentur, nimirùm ne si cum alijs miscerentur pecunijs, facile in alios vsus extraherentur. Et ab hac lege nunquam dissentiere antiquiores rerum Italicarum Consilij Senatores, quin potiùs eam quamplurimis consultationibus ab anno 1598. (de quibus supra mentionem fecimus) mirificè confirmauerunt, à qua recedendum non est, non obstante, quod aliquotiès, vel propter magnam, vrgentemque Regnorum necessitatem, vel ob aliam iustam causam (aut inaduertentèr) factum fuerit. Quinimò ea semper attendi, & præualere debet. Tùm, quia Ecclesiæ magis fauet, ad *Text. in l. Sunt personæ, ff. de Religios. & sumpt. funer.* ibi: *Summam esse rationem, quæ pro Religione facit.* Fontanel. *de pact. nupt. claus. 5. glos. 8. part. 12. num. 27.* Faber. *de error. grammat. decad. 35. err. 7.* Valenç. *cons. 26. num. 57.* Honded. *cons. 3. numer. 24. libr. 1.* Tùm etiam, quia in dubio id magis præualere debet, quod iuribus Ecclesiæ, & Pauperum minus aduersetur.

Hanc consuetudinem etiam seruat Gallorum Rex; prout testatur Anton. Fabric. Bleinian. *in prax. Benef. lib. 1. titul. 9. de annat. num. 36.* ibi: *In nostro Christianissimo sistemus gradum, & hoc præsertim circa eum adnotabimus, vix alium reperiri, cuius ius firmiùs, vel ampliùs existat, quiuè magis moderatè, & piè eo iure vtatur.* Ibique contendit, non consuetudine tantum, vt aliqui crediderunt, illud ius Regi competere, vt Ioan. Andr. *in addit. ad Specul. tit. de præbend. §. Restat.* Multoque minus ab vsurpatione; vt Archidiac. *in Can. Imperium, 10. distinct.* Ioan. Monac. *in cap. 2. de præb. in 6.* & Cujac. *in lib. 6. feudor. tit. 1.* Sed vniuersalem quoque Ecclesiæ, & Conciliorum approbationem habere, Lugdunensis nempè, *in cap. general. de electiōn. in 6.* & Basiliensis *in §. Item quod dicta de annat. in pragm.* prout testatur Carol. Parisiens. *in Commentar. ad consuetud.*

suetud. Parisiens. tit. 1. §. 27. *num.* 9. Ann. Robert. *lib.* 3. *rer. iudic. cap.* 1. *fol.* 3. Et nihilominus, *num.* 51. dixit: *Nec minor tandem eorum pietas deprehendi potest ex conuersione, ita sibi obuenientium iure Regaliæ fructuum, non in propriam vtilitatem, sed in pios vsus.* Et de eis Rex Carolus Septimus, pro tribus annis sacriphani Palatini sodalibus, siue Canonicis Sacræ Cappellæ Parisiensis donationem fecit: Ludouicus Secundus, sua vita durante: Carolus Octauus, in perpetuum, quem deinde secuti sunt Franciscus Primus, Henricus Secundus, & Carolus Nonus. Et de quamplurimus alijs largitionibus testatur Renat. Coppin. *de Sacr. Polit. libr.* 1. *tit.* 7. *num.* 1. & demùm, *n.* 15. hæc dixit: *Quodsi Regaliorum cum ortu vsum etiam conferamus, aut dubiè intelligemus ea piam in causam à Principe nostro conuerti, nec ad iniquum trahi compendium.* Et in *tract. de doman.* Franc. *libr.* 2. *tit.* 9 *num.* 15. *in fine.* Solorçan. *de iur. Indiar. libr.* 3. *cap.* 12. *num.* 80. Philipp. Prob. *de Regal. q.* 52. *num.* 4.

Hinc est nostrum Serenissimum Regem, quem vti Stellam Matutinam inter alios intuemur, vt post Corsettum, *quæst.* 27. *de potest. Regis*, exclamat Rodin. *de Maiest. Princip. vers. Imperatoriam Maiestatem, num.* 62. *tom.* 16. *tractat.* Nullique alij pietate secundum, & vniuersalem Catholicæ Ecclesiæ, & Legis Euangelicæ Protectorem, & defensorem esse, ex Pereir. *de man. Reg. cap.* 7. *à num.* 1. Caren. *resol.* 1. *num.* 22. Cabed. *de Patron. Reg. Coron. cap.* 10. *à n.* 1. Valenç. *cons.* 99. *num.* 27. Salgad. *de Reg. Protect. part.* 1. *prælud.* 2. *n.* 72. *& seqq. & de Supplic. ad Sanctissim.* 2. *p. cap.* 1. de huiusmodi Spolijs, & vacantium fructibus, non nisi in pios vsus disponere debere existimo: suorum maiorum vestigia sectando, iuxta illud dictum in sacra pagin. Iob. *cap.* 8. illic: *Interroga enim generationem pristinam, & diligenter inuestiga patrum memoriam.* Et Ierem. *cap.*

6. *State super vias, & videte, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea.* Ea enim, quæ certam interpretationem habuerunt, mutari non debent. *l. Etsi nihil, de regul. iur. l. In rebus, ff. de constit. Princip. l. Minime, 23. ff. de legib. l. Si quando final. C. de iniur.* ibi: *Aliaque omnia, quæ in huiusmodi causis de more procedunt, solemnitèr obseruari decernimus.* Et ibi: *Sed in cæteris mos iudiciorum, qui hactenus obtinuit, imposterùm seruetur intactus. l. Testamenta, 18. C. de testament.* ibi: *Mos namque retinendus est fidelissimæ vetustatis, l. 1. C. quæ sit longa consuetudo, l. Semper in stipulat, 25. de regul. iuris, l. Labeo, 21. ff. de stat. liber.* ibi: *Morem agentium sequi debemus.* Maiorum instituta tueri sapientis est, sicque etiam Infideles obseruasse, testatur Isocrates, in Orat. Areopag. *fol. mihi* 250. ibi: *Sed illud accuratè obseruabant, ne à Patribus acceptum quidquam, vel abrogarent, vel vltra consueta adijcerent, nec enim magnitudine sumptuum Religionem metiebantur eorum rituum obseruatione, quos eis maiores tradidissent.* Quod multòmagis obseruari debet à nostro Catholico Principe. Primo, quia iuuat eos Deus, qui ei magis inseruiunt, & pro maiori pietate maiora rependit beneficia; nec hominum liberalitate vincitur, qui est diues in omnes Deus, vllumque esse arbitror, cui non fuerit, id quod benigno animo in proximum erogauit, multo fœnore repensum. Secundo, quia pro hac pietate, & in pauperes liberalitate, Deus dat successores in Regnis; & hi, qui pietate magis floruerunt, eorum nomina sæpius in successoribus repetita fuere. Sic Rodulphus Comes Abspurgensis (vnde ampla, & inclyta Austriacorum familia genus suum ducit) Imperium sibi, & suis propter nimiam pietatem firmauit, amplificauit, atque ad posteros longa serie transmisit. Tertio, quia Regna conseruat, ex his, quæ Aristotel. Rethor. ad Alexandr. dixit: *Deos esse promptiores in eos, qui maxi-*

mè

mè illos colunt, & ita promouere, & conseruare eorum Principatus, satis apertum esse potest. Quarto, quia victorias præbet. Non enim Romani (dixit Cicer. in Orat. *de Aruspicum respons.*) calliditate, aut robore, sed pietate, ac Religione, omnes gentes superasse. Et Imperator Theodosius, nil aliud, moriens, eius filijs mandauit, quam vt veram, integramque pietatem seruarent, per quam eos assecurauit habituros pacem, bella sopituros, tropheaque excitaturos, & victoriam deniquè consecuturos. Et demum, quia Regem incolumem seruat: eum beatum faciet in terra, non tradet in manus inimicorum suorum, & eum saluum faciet; vt dixit Dauid, Psalm. 40. 1. ibi: *Beatus qui intelligit super egenum, & pauperem, &c.* Optimè Adamus Contzen. in *Polit. lib. 3. capi. 10. §. 8.* Solorç. *de Indiar. gubern. lib. 3. cap. 12. numer. 62.* vbi refert illud celebre dictum Diui Cyprian. *libr. de oper. & eleemosyn.* sic inquientis: *Si vereris, ac metuis nè si operari plurimum caperis, patrimonio tuo larga operatione finito; ad inopiam redigaris: esto in hac parte intrepidus, esto securus; finiri non potest, vnde in vsus Christi impenditur, vnde opus cæleste celebratur.*

Prætereà, quantum alios Rex noster dignitate superat, tantum etiam virtute, & moribus eos antecellere debet; adeò vt non amore tantum eos sibi devincere, verùm etiam & exemplo ad similia opera peragendum incitare debet; quia Principum conditio ea est, vt quidquid ipsi faciunt, præcipere videantur; & tales fiunt ciues, quales Principes sunt, quorum vita perpetua censura est, ad quam dirigimur, ad quam conuertimur nec tam imperio nobis est, quam exemplo; & facit illud Dauid, Psalm. 122. 2. *Oculi seruorum in manibus Dominorum.* & Pauli Manutij, *libr. 11. Est enim ita amore comparatum, vt in eorum qui imperant vitam, ij, qui parent, veluti in speculum intuentes, dicta simul,*

& facta diligentèr animadvertant; inde oritur cupiditas imitandi; inde fit, vt aut virtutes emanent, aut vitia deriuentur.

Insuper, haud omittendum, quod esto quod noster Catholicus Rex de Spolijs Regni Siciliæ ad libitum disponere posset; de honestate tamen id facere non deberet; quia non omne, quod licet, honestum est; *l. Non omne, de regul. iuris.* Et id tantum dicimus, posse, quod honestè possumus. *Cap. fin. de rescrip. in 6. Can. faciat homo, 22. q. 2.* & faciunt quæ Gregor. Tolosan. *de Republ. lib. 3. cap. 20. num. 57. in fin.* ex Claudian. ad Honor. adnotauit:

Nec tibi, quod liceat, sed quod fecisse licebit,
Occurrat, mentemque domet respectus honesti.

Et quæ Casiodor. dixit sub Theodorico, *lib. 1. epistol. 12. Et quanquam potestati nostræ, Deo fauente, subiaceat omne, quod volumus; voluntatem tamen nostram de ratione metimur, vt illud magis æstimemur, quod cunctos dignum est approbare.* Et *libr. 10. epist. 16. Cum omnia possumus sola credimus licere nobis laudanda.*

Quis enim ignorat, ex huiusmodi variatione nouitatem induci? Regemque à pijssimis suorum Progenitorum vestigijs euerti? Et tamen hoc, quantum fieri potest, est evitandum; vt statuit Cœlestin. III. in *cap. Quod dilectio, in fin. de consanguin. & affinit.* ibi: *In hac causa consultiùs diximus multitudini, & obseruatæ consuetudini deferendum, quam aliud in dissentionem, & scandalum populi statuendum, quadam adhibita nouitate: cap. Si quis nesciat, 11. distinct.* Benedict. Vndecim. *in extrauag. 1. de priuileg. in princip.* & Cornel. Tacitus, *in libr. 14. suorum annalium: Super omnibus ne otijs, meliùs, atque rectiùs olìm prouisum, & quæ conuertantur in deteriùs mutari.* Et ad rem pertinent, quæ eruditissimè scripsit Moscos. *in citat. respons. num. 79.*

cuius

cuius verbis me etiam vtendum existimo: *Que aunque por rigor de justicia pudiera V. Mag. valerse para los efectos que quisiere de las vacantes, yo si tuviesse autoridad para dar parecer, le suplicàra con toda reuerencia, instancia, y afecto de su mayor seruicio, que lo escusara, no obligando la necessidad extremamente, porque no todo lo licito es honesto, y conueniente; y esto, ademàs que lo desacredita la nouedad, causa reparo, por desviarse V. Mag. de los piadosos, y mas seguros passos, por donde fueron sus gloriosos Progenitores.*

Hæc, quæ de Spolijs, & vacantium fructibus diximus, procedere arbitramur etiam si pro licentia testandi ex Prælatorum compositionibus aliqua pecuniarum quantitas perueniret; nàm & istæ eamdem naturam assumerent, & eorum loco subrogarentur; adeòut de eis non secùs, ac de ipsismet Spolijs iudicari debeat.

Cæterum horum distributio non indistinctè, sed arbitrio prudentis viri regulari debet; vt primo, scilicèt, Regni, & Siculorum necessitatibus prouideatur, cũ ab eo hi fructus producantur; vt benè adnotauit D. Ioan, Solorç. *de Indiar. gubern. libr. 3. cap. 12. num. 82.* ibi: *Quod quidem arbitrium sic iustius exercendum, & moderandum existimo, vt primo loco necessitatibus Indorum, & Indiarum subveniat, ex quorum Prouincijs hæ pecuniæ, redditusque procedunt, argumento legis Præses, C. de seruitut. & aqua.* Et his non valdè vrgentibus, aliquando etiam extra illud, si qua imminens, iusta, & necessaria causa emergat, vt ex pluribus consultationibus Supremi Italiæ Consilij (quas præ manibus habuimus) accepimus.

Hæc enim regula quamdam moderationem patitur Reipublicæ necessitatibus apprimè opportunam; nàm licet verum sit, Regem nostrum de his liberè disponere non posse; & in vsus pios conuertere debere; id tamen non procedit, si eius Augustissima

Mo-

Monarchia, quæ est Ecclesiæ, & Christianæ Fidei cultrix, hostibus premeretur, eiusque Regiũ Ærarium, adeò exhaustum reperiretur, vt vix se defendere valeret; tùnc enim de his in hanc causam liberè disponere posse, existimo. Sicque Supremus Indiarum Senatus consuluit, teste Solorç. *de iur. Indiar. libr.* 3. *cap.* 12. *num.* 83. ibi: *Et quod magis est, exhaustis (vt plerumque contigit) alijs Regijs vectigalibus, iuribus, & redditibus, & classes extruere, & milites alere, quibus Ecclesiæ, & Hispaniæ Monarchia hostibus aduersetur.* Ex hac enim conuersione fauor etiam piæ causæ consideratur, si Corsetto credimus in dicto suo responso, *fol.* 17. vbi sic dixit: *Siendo esta causa mas pia, que hazer limosna à pobres, Monasterios, y Iglesias, contendiendo por el mantenimiento de la Fè Catholica, y extirpacion de la Heregia, y la exaltacion de la Santa Iglesia Apostolica Romana, y tranquilidad publica, y ciuil, que prefiere à todas las Obras Pias que se pueden imaginar.* Nec dissentit Salernus in *dict. suo cons.* 18. §. 2. qui duobus præcipuè nititur fundamentis. Primo, vt sibi indigenti, Rex, vti distributor, iuxta sui qualitatem subvenire posit. Secundo, vt ex fructibus Ecclesiæ Patronatæ, sibi, vti Patrono, alimenta, subministrare valeat.

Et quamuis tuta conscientia id fieri posset, nihilominus, vt omnis omninò cesset scrupulus, poterit de æquiualenti escambio Ecclesiæ prouidere. Quis enim ignorat Regem nostrum pijssimum erga pauperes, cultumque diuinum eximiam liberalitatem exercere? Quis, immensas largitiones, quas in diem propenso animo profundit in ditandis Ecclesijs, Monasterijs, Hospitalibus, Xenodochijs, subueniendis viduis, alijsque personis miserabilibus, defunctorum suffragijs, captiuorum redemptione, dotandis puellis parentibus orbatis, & demùm in ædificandis Ecclesijs, alijsque pijs operibus peragendis? Poterit, inquam (vrgente belli necessita-

te

te) de his vti. Dein, vt Ecclesiæ indemnitati, eiusque conscientiæ consuleret; sola animi destinatione tot æquiualentes eleemosynas, aliaque opera pia in hanc causam destinare, cum certo certiùs sit, quod qui tantumdem Eclesiæ donat, de æquiualenti bonorum ipsius disponere valeat. Can. *Si Episcopum*, 12. *quæst.* 5. & Can. *Si quis quilibet*, 12. *q.* 2. Redoan. *de Spol. q.* 7. *num.* 48.

Verùm in Regno Siciliæ non bene se habet horum redditium distributio, quia in generali Thesauraria deponũtur, in qua omnes alij Regales introitus perueniũt; & ferè semper in Reipublicæ necessitatibus, vel dimittendis creditoribus Regiæ Curiæ (præter Regnantium intentionem) per Thesaurarium generalem, eiusque Ministros; spretis Ecclesijs, eleemosynis, cæterisque etiam ex causa onerosa assignatarijs (non sine eorum maximo animi mœrore) erogantur. Et nihilominùs pro omnium satisfactione sufficerent, vt constat ex relatione Panormi edita per Rationalem Officij Conseruatoris Tribunalis Regij Patrimonij Carolum Maldonado, die 4. Iunij 1680. per quam apparet, quod ab ann. 7. indict. 1668. vsque ad annum 1679. (solutis omnibus oneribus super eis ex causa Prælatorum, & Ecclesiarum legitimè debitis) peruenerũt scuta 336ʊ330. quæ in decennium distributa, summam capiunt scutorum 36ʊ683. quolibet anno. Onera vero perpetua, quæ super eis gradatim debentur, Hospitali Diui Iacobi; Cantori, Canonicis, cæterisque Præbendatis Ecclesiæ Diui Petri existentis in Regio Palatio; Regijs Cappellanis; Parochis Vrbis Panormi; Pauperibus pro eleemosyna in festo Paschatis Resurrectionis Domini nostri; Cerimoniarum Magistro; Italorum Hospitali existenti in hac Villa Matriti; Parochis Ciuitatis Messanæ; & Venerabili Monasterio Diuæ Mariæ nuncupatæ, de lo Spasimo; summam capiunt scutorum 12ʊ278.

Quæ ad vitam, 16ɋ775. Et demùm, quæ ad tempus 2ɋ767. quæ simul iuncta, important summam scutorum 30ɋ821. In tantum, vt introitus excedit exitum in summa scutorum 5ɋ862. Et nihilominùs vix vllus reperitur, qui suam integram annualitatem cõsecutus fuerit; prout idem Rationalis testatur in illis verbis: *Porque nunca se pagan por entero, y se debe oy muchissimo atrassado, por causa de seruirse siempre la Regia Corte dellos en sus ocurrencias, y necessidades.*

Vt igitur huic malo occurratur, opportunaque medela huic morbo applicetur, consentaneum puto, suam Catholicam Maiestatem, per eius sacras iussiones, Protegi præcipere debere, vt imposterùm non in Thesauraria generali, prout hactenùs, sed in Arca particulari deponantur; nec in aliam causam conuertantur; nisi in dimittendis creditoribus, & alijs assignatarijs, etiam imposterùm designandis; prout obseruatur in Indiarum Regnis, teste Frass. *de iur. Patronat. Indiar. capit.* 17. *numer.* 1. *volumin.* 1. ibi: *Que los Oficiales de las Indias cobren las sedevacantes, y espolios de los Obispos, y los tengan en sus caxas por cuenta à parte.* Sicque mandatum fuit per alias Regias schedulas, *die* 15. *Ianuarij* 1575. & 23. *Ianuarij* 1627. de quibus testatur Solorç. *de Indiar. gubern. lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 12. optimè Thesaur. *decis.* 131. *à n.* 8. & ibi Gasp. Ant. filius *in addit.* Bleinian. *in prax. Beneficior. libr.* 1. *cap.* 9. *num.* 36. Et Rex gloriosi nominis Philippus Tertius idem de his Siculorum Spolijs statuit per eius Regiam schedulam, de qua testatur D. Rocc. Pirr. *in notit. Siciliens. Eccles. dict. tit. de elect. num.* 26. *fol.* 94. Sed quia hoc, vel executioni demandatum non fuit, aut in desuetudinem abijt; ideò renouandas esse censeo; eo addito, quod Proreges in his manus apponere, nec in aliquo dispensare valeant: Thesaurarius generalis has pecunias in aliam causam conuertere non possit;

&

& si secùs fecerit, pœnam priuationis incurrat: de proprio summas restituere teneatur; & Rationales Regij Patrimonij in Computorum dispunctione eas non admittant; quin imo (vt moris est) contra eum significatorias expediant. Et vt omnis omninò gratificatio cesset, omnibusque æqua lance iustitia reddatur, huiusmodi expensiones independentèr fiant ad mandata expedienda per Tribunal Regij Patrimonij.

Et quia nihil interest quod magis Principem deceat, quàm vt eius præcepta debitæ executioni demandentur; ideò totis viribus in hoc vrgendum; insistendumque puto; nè, dum nimia seruatur humilitas, regendi frangatur authoritas, & ne dicatur:

Esse superuacuas sic leges nemo negabit;
Has, nisi præcipiat Rector, habere locum.

Hæc, quæ hactenùs scripsi, saniori cuiuscumque, ac Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ iudicio libentèr submitto. Illud tamen monitum volo, me, hac in re, non alia cupiditate ductum, nisi vt præceptis Excellentissimi Ducis de Alua meritissimi Præsidis Supremi rerum Italicarum Senatus (cui semper pro innumeris beneficijs obsequentissimus ero) obtemperarem; & vt veritas, & iustitia in earum subsellijs magis, atque magis eminerent. Quod si exitus desiderio coæqualis fuerit, nullum ex eo gratiorem fructum percipiã, quàm quod veritati, & iustitiæ, ac tanti Principis mandato satisfecerim.

D. Ioannes Ramundettus
S. Martinus, Regens.

MATRITI.

Ex Typographia *Francisci Sanz*. Ann. MDCLXXXII.